¶ Sint a b nũeri ꝓtra se ꝑmi: a maior b mĩor: detractoq̃ b de a quoties põt reliquat vnitas: ꝓpositũ est dare mltiplicẽ ad a: sola vnitate multiplicẽ ad b supantẽ. detraho ergo q̃tũ possum b ꝑtiale de totali a et sit totus detractꝰ a ꝑtialis: q̃ quidẽ est idẽ aut mltiplex ad b. et sit c relicta vnitas ⁊ addo ad b vnitatẽ q̃ sit d. et duco a totũ in b d ⁊ ꝓueniat e quẽ manifestũ est eẽ multiplicẽ totalis a. Deĩde duco





a partialē eundē scz aut multiplicē ad b in b d et ꝓueniat f l2 quē manifestū est ꝑ 23 primi eē mltiplicē ad b ꝑtiale. Deiñ duco c vnitatē in b d et veniat l2 g q̃ qz vnitas in quēcunq̃ numeꝝ ducat illū ꝓducit est eq̃lis b d: sed b d supat b sola vnitate. ergo l2 g superat b sola vnitate. Manc igit demo q̃ sit h g tūc aggregat⁹ f h est mltiplex ad b: sed aggregat⁹ f h superat totū f g sola vnitate h g. sed cū f g fiat ex ductu a partialis ⁊ c in b d equat e q̃ fit ex ductu a totalis in b d per decimā primi. at dictū est e eē multiplicez ad a ⁊ f h multiplicē ad b. igit e multiplex ad a equalis quidē f g supat f h multiplicē ad b sola vnitate qd̃ erat demōstrandū et propositū quo ad vnā partē. Sed rursum demōstrandū est dabilē esse multiplicē ad b q̃ solā hz vnitatē super multiplicē ad a: aufero vnitatē ab b totali q̃ sit d et duco b partiale in totalē a et proueniat e manifestū est e eē multiplicē ad a. et duco iterū b partialē in a partiali equali aut multiplice totius b et proueniat f g manifestū est f g esse multiplicē ad totū b. deinde duco b d in c vnitatē ⁊ fiat g h qui qz quicūq̃ numer⁹ in vnitatē ducat seipsum ꝓducit g h est equalis toti b quare totus f h est mltiplex ad b. Sed cū per nonā primi qd̃ fit ex b ꝑtiali in a c equat ei q̃ fit ex eodē b partiali in a et in c: ⁊ ille q̃ fit ex b ꝑtiali in a: et b totali in c solāvnitatē superaddat illi q̃ fit ex b ꝑtiali in a et in c. sequtur ergo q̃ multiplex ad b scz f h q̃ fit ex b partiali in a et b ꝑtiali in c: solā addet vnitatē super e multiplicē ad a qui fit ex b partiali in a c: quod est secundū et totum propositū.



¶ Propositis duobus numeris cōtra se primis: multiplicē cuiuslibet eoꝝ inuestigare cuius ad multiplicē alterius differētia sit dato numero equalis. 31

¶ Sint a b duo nūeri contra se ꝑmi quoꝝ cuiuslibet iubemur assignare multiplicē cuius dria ad multiplicē alteri⁹ sit dato nūero q̃ sit c equalis. capio f̄m exigentiā precedētis multiplicē a q̃ sit d et multiplicē b q̃ sit e addēs super multiplicē a solāvnitatē ⁊ multiplico d per c numeꝝ datū et proueniat f ⁊ e ꝑ eundē c et ꝓueniat g. ⁊ qz tm̄ est c in e q̃tum c in d et vnitatē per nonā primi ⁊ oīs nūerus in vnitatē seipm̄ producit. ergo dria g ad f est nūerus datus c. et cū a sit pars d et d ꝑs f: ⁊ silr b pars e ⁊ e pars g ergo ꝓvicesimātertiā primi a est pars f et b ꝑs g. quare f et g multiplices sunt ad a b int̄ quos nūerus assignat⁹ est dria. et posses silr ꝑ ꝑcedentē capere multiplicē a q̃ supadderet vnitatē mltiplici ipius b. deinde ꝓcedere vt dictū est. Ceterū si minor quoties pōt de maiore detract⁹ nō solā relinquat vnitatē sed vlterior fiat substractio quo min⁹ per ꝑcedentē operari posses hoc mō poteris operari. Datis enī a b nūeris contra se ꝑmis et c numero cui sit capiēda dria multiplicū equalis et detracto b ab a quoties pōt remaneat d et d detracto ab b quoties ꝑt reliqu⁹ sit e: ⁊ e detracto ab d quoties pōt maneat f et qz tandē per decimāquintā huius relinq̃tur vnitas sit ergo vt detracto f ab e quoties poterit relinquat vnitas. si ergo multiplex a debet addere supra multiplicē b sumo alterū extremoꝝ qui est in situ ipari ab a vt f et sumat h multiplex eius q̃ addat vnū super multiplicē e ⁊ ī quo sit f f̄m g ducat q̃ g in d et fiat h l2 q̃ addet super multiplicē e vnitatē: qm̄ g in d q̃tum in e vel eius multiplicē ⁊ in f. dempto ergo vno de h l2 remaneat m l2 vt sit m et vnitas equale h sitq̃ e in m l2 f̄m l q̃ ductus in b faciat n: cui addito vno fiat o quē numerabit o eadē rōne ⁊ sit vt scōm p q̃ ductus in a faciat r: qui silr addit super multiplicē b qui sit q vnitatē. multiplico igit r et q per c numeꝝ datū et producātur s ⁊ t q̃ erunt multiplices b ⁊ a int̄ se dria f̄m c numeꝝ assignatū seruātes. Tertij elemētoꝝ arithmetices Jordani finis



J fuerint quotlibet numeri continue proportionales: duo et duo proximi erunt commensurabiles. 1

¶ Sint a b c d quotlibet nūeri continue proportiōales: dico a b esse cōmensurabiles. Itē ⁊ b c et c d. Si enī a nūeret b manifestū est a et b esse cōmensurabiles. et qz q̃ proportio a ad b ea est b ad c ⁊ c ad d ideo b nūerabit c: et c nūerabit d. quare cōstabit propositū: a b: b c: c d: esse cōmensurabiles. at si a non nūerat b: qz īpossibile est tūc a et b eē in sua proportione mīmos. nā si a et b essent in sua ꝓportione minimi essent ꝑ decimāoctauā tertij adinuicē primi: et per decimānonaz numerarēt quoslibet in sua proportione: ⁊ qz q̃ proportio a ad b: ea est b ad c. a ergo nūeraret b ꝑmus cōtra se primū qd̃ est īpossibile et etiā oppositū positi. nō erunt ergo a et b in sua ꝓportione mīmi. capiā ergo ꝑ vicesimātertiaz tertij e f mīmos in illa ꝓportione q̃ per decimānonā eiusdē numerabūt a b f̄m eundē numerū equalr vt f̄m g: et consilr b c et c d. sunt igit a b: b c: ⁊ c d adinuicē cōmensurabiles: quod est propositū.



¶ Si nūeroꝝ cōtinue ꝓportionaliū duo extremi fuerint cōicantes erit nūerus cōiter oēs numerās maximusq̃ q̃ oēs numerabit erit maximus extremos numerās. Ex hoc cōstat q̃ si aliquot ꝓportionales int̄ duos cōicantes ceciderīt: totidē inter vtrūq̃ eoꝝ et maximū numerū eos cōiter numerantē cadere necesse est. Palāq̃ fit etiā maximos qui binos ⁊ binos numeroꝝ proportionaliū cōiter numerāt esse cōtinue ꝓportiōales 2

¶ Sint a b c d nūeri ꝓtinue ꝓportōales quoꝝ a d extremi sint cōicātes: dico ꝑmo aliquē esse numerū eos oēs cōiter nūerantē. secōo maximū nūeꝝ oēs numerātē esse maximū numerantē extremos. Cū enī ꝑ ꝑcedentē a b cōicent ⁊ silr b c et c d: capio ꝑ 16 tertij maximū numeꝝ numerātē a b q̃ sit e: ⁊ maximū nūerantē b c q̃ sit f. et maximū nūerātē c d q̃ sit g. ponoq̃ h l2 mīmos in ꝓportiōe a ad b et per 23 tertij et 19 eiusdē e f g numerabūt a b c f̄m h: et g nūerabit d f̄m l2. sumo itē maximū numerantē e f q̃ sit l ⁊ maximū numerantē f g q̃ sit m: per vicesimātertiam tertij l nūerabit e ⁊ m f f̄m h. et iterū l nūerabit f f̄m k ⁊ m numerū g secōm k. per. 19. tertij et l ⁊ m sunt diuersi nūeri ab h k. nā si idē essent h in se produceret e ⁊ l2 in se produceret g ⁊ h in e producit a et l2 in g producit d ⁊ h l2 per .18. tertij sunt contra se primi. erūt ergo a d per duodecimā tertii cōtra se primi qd̃ est contra hypothesim. sunt ergo l ⁊ m alit ab h l2. qz ergo h l2 numerāt l et m equalit: numerēt ergo ipsos scōz n q̃ per. 23. tertii est maximus eos



numerãs qui ⁊ idẽ n per.23.primi numerabit a b c d: qd̃ est primũ in propõne intentũ. Et per decimã septimã tertii n erit inuẽtus maxim⁹ numerus numerãs a b c d alioqn p cozrelariũ 16 accidet maiozẽ numez numerare minozẽ. ⁊ qz h denoiat n in l ⁊ l in e: ergo p 23 primi nũerus q̃ fit ex h in se qui sit o denoiat n in e. ⁊ qz h etiã denoiat e in a: ergo p eandẽ 23 numerus qui fit ex h in o q̃ sit q denominat n in a. et eadẽ rõne qz lz denoiat n in m et m in g. ergo per vicesimã tertiã primi numer⁹ qui fit ex lz in se qui sit p denoiat n in g: et etiã qz lz denominat g in d: igit̃ per eandẽ numerus q̃ fit ex lz in p qui sit r denoiat n in d. numerat igitur n numerũ a scõm q et numerũ d scõm r. et qz h lz sunt adinuicẽ primi: ergo per duodecimã tertii q et r sunt cõtra se primi: quare per vicesimã eiusdẽ in sua ꝓportione mĩmi. Per cozrelariũ igitur vicesimetertie eiusdẽ q et r numerabit a ⁊ d scõm maximũ numez numerantẽ a et d. est igitur n maximus nũerus numeros a d extremos numerãs quod est secundũ. Primũ cozrelariũ hinc cognoscit̃. nam qz idẽ numerus h in n l e: producit l e a. ergo per septimã primi a e l n erunt cõtinue ꝓportionales. ⁊ per idẽ qz l in n m g producit m g d: ergo d g m n erũt continue ꝓportionales quare sicut inter a ⁊ d cadũt b c duo medii ꝓportionales sil̃r inter a ⁊ n cadũt duo e l. et inter d ⁊ n cadunt g m duo medii ꝓportionales scz totidẽ medii ꝓportionales inẽ duos cõicantes et totidem inter vtrũq; eoz et maximũ eos cõiter numerantẽ: qd̃ est primũ cozrelariũ. scõm vero hinc fit notũ. nam qz per vicesimã tertiam tertii ⁊ decimãnonam h in e in f et in g ꝓducit a b c. ergo per septimam secundi a b c ⁊ e f g sunt cõtinue ꝓportionales: qd̃ est secundũ cozrelarium ⁊ propositũ.

5 ¶ Numeros diuersarum proportionũ sumere: quorum maximi cõmuniter binos et binos numerantes sint continue proportionales.

¶ Sint a b nũeri contra se primi: a minoz et b maioz ⁊ a in se ꝓducat c et in b ꝓducat d ⁊ b in se producat e: per septimã secũdi q̃ proportio a ad b ea est c ad d. et p octauã eiusdẽ iterũ que ꝓportio a ad b ea est d ad e. sunt ergo c d e cõtinue proportiõales. duco g̃ a in c et fiat f ⁊ in d ⁊ fiat g: eritq; p septimã secũdi g ad f sicut d ad c. quare ⁊ sicut b ad a et qz q̃ proportio a ad b ea est c ad d: ergo per 25 secundi qd̃ fit ex a in d equũ est et qd̃ fit ex b in c. at qd̃ fit ex a in d positũ est esse g. quod ergo fit ex b in c est g. et qd̃ fit ex c in a est f. ergo p cozrelariũ vicesimetertie tertii c est maxim⁹ numerus numerãs f g. Item duco d in e ⁊ pueniat h: qz ergo d in a ꝓducit g: ⁊ d in e ꝓducit h. ergo p septimã scõi q̃ ꝓportio e ad a ea est h ad g: et proportio e ad a nõ est vt b ad a. nã e ⁊ b totũ scz et pars equarent: quod est ĩpossibile. ergo ꝓportio h ad g nõ est ꝓportio g ad f. Itẽ qz a b sunt cõtra se p̃mi et e ꝓducit̃ ex b in se. igit̃ e p vndecimã tertij est p̃mus ad a. sunt igit̃ e ⁊ a in sua ꝓportione mĩmi. at d nũerat g p̃m a ⁊ idẽ d nũerat h p̃m e. igit̃ p cozrelariũ vicesimektie ẽtij d ẽ maxim⁹ nũerus numerãs g et h. sumo ergo lz primũ ad d et maiozẽ d in alia quidẽ ꝓportione q̃ b ad a et q̃ e ad a: ⁊ duco ipm̃ lz in e et pueniat l. qz ergo e in d facit h et e in lz facit l per septimã secũdi q̃ ꝓportio lz ad d ea est l ad h. at ꝓportio lz ad d posita est alia a ꝓportiõe b ad a et e ad a. ergo ẽ alia q̃ g ad f et h ad g. et qz lz d sunt ꝓtra se p̃mi ⁊ iõ in sua ꝓportione mĩmi ⁊ numerãt h l p̃m e. est igit̃ p idẽ cozrelariũ 23 tertij e maxim⁹ nũerus numerãs h et l. sũpti sunt igr̃ f g h l numeri diuersar ꝓportionũ quoz maximi c d e binos ⁊ binos cõiter numerãtes sunt ꝓtinue proportionales: quod est propositum.



4 ¶ Si numeroz continue ꝓportionalium duo extremi sunt contra se primi: erunt oẽs illi in sua proportione minimi

¶ Sint a b c cõtinue proportionales quoz a ⁊ c sint cõtra se primi: dico tres nũeros a b c esse mĩmos in ꝓportione a ad b. nã si sint tres mĩozes sint d e f: qz p vicesimã ꝓtimã scõi et equã proportionalitatẽ q̃ proportio a ad c ea est d ad f et a ⁊ c p hypothesim sunt contra se primi. ergo p vicesimã tertij sunt in sua ꝓportione minimi. numerãt ergo numeri a c per decimãnonam eiusdẽ numeros d ⁊ f: maiozes scz minozes quod est ĩpossibile.



5 ¶ Si quotlibet nũeri fuerit in sua ꝓportiõe mĩmi: ipsoz duo extremi erũt ꝓtra se p̃mi

¶ Hec est cõuersa p̃cedentis. Sint ergo a b c in sua ꝓportione minimi: dico a et c esse contra se p̃mos. Nã si a et c sint cõicantes erit nũerus aliq̃s idem p secundã hui⁹ eos oẽs cõiter numerãs q̃ sit d quos qz a b c sunt tres nũeri inequales: nũerabit p̃m tres diuersos nũeros. numeret ergo a p̃m e ⁊ b p̃m f et c p̃m g: per septimã secundi e f g sunt in eadem proportione cum a b c et cũ sint minozes a b c vtpote q̃ sunt eorum partes nõ sunt igitur a b c dati minimi: quod est contra hypothesim.



6 ¶ Numeros quotlibet p̃m datã proportionẽ minimos iuestigare. Vtũ manifestũ erit ex duoz in aliqua ꝓportione minimoz primo in ambos et scõo in se: tres. et ex eodẽ p̃mo in illos tres codẽq; scõo in tertiũ: quattuoz ꝓtinus enasci illius ꝓportionis minimos. q̃ si primũ hoc pacto in omnes ducere pergis et secundũ in vltimũ: quotquot libuerit in aliqua proportione minimos efficies.

¶ Illius ꝓportionis mĩmi p vicesimãtertiã tertij reperiãtur q̃ sint a b: duco a in se ⁊ pueniat c et a in b ⁊ pueniat d et b in se et proueniat e per septimã ⁊ octauã scõi tres nũeri c d e erũt continue ꝓportionales et p duodecimã tertij extremi c e sunt cõtra se p̃mi quare per quartã hui⁹ illi tres nũeri sunt in sua ꝓportione mĩmi. Itẽ duco a in oẽs illos et proueniãt f g h ⁊ b in e et pueniat lz ⁊ eadẽ rõne f g h lz sunt cõtinue ꝓportionales et extremi f ⁊ lz contra se p̃mi et illi q̃ttuoz in sua proportione mĩmi. et hoc processu quinq; sex septẽ et quotquot voles reperiãtur. Cozrelariũ ex mõ demõstrationis cognitũ est.



7 ¶ Si numeri cõtinue ꝓportionales in sua proportione fuerint mĩmi: quotcũq; inter extremos fuerit medij totidẽ inter vtrũq; extremoz ⁊ vnitatẽ ꝓportiõales eẽ ꝓuenient



¶Sint a b c d nũeri cõtinue proportionales in sua ꝓportione mĩmi: dico quot fuerint medij cõtinue proportiõales inꝗ a et d totidẽ esse medios, ꝓportionales inꝗ a ⁊ vnitatẽ et totidẽ inꝗ d ⁊ vnitatẽ. nã qꝛ ꝑ primã huiꝰ ꝗlibet duo nũeri proximi erũt cõmẽsurabiles sumo maxios binos ⁊ binos numerãtes ꝗ sint e f g qui ꝑ scõm corrlariũ scõe huiꝰ erũt cõtinue proportionales ⁊ sumo maxios illoꝝ maximoꝝ duos et duos numerãtes ꝗ sint h l: erũtq; h l ꝛ vt a ad b ꝙ ꝑ vicesimã tertiã tertij numerãt e f et f g ꝑm mĩmos illius proportõis. at cũ e numeret a: et g nũeret d ⁊ sint a et d ꝑ quintã huiꝰ contra se ꝑmi erũt ergo e ⁊ g ꝑ octauã tertij contra se ꝑmi. et eadẽ rõne h ⁊ l ꝛ sunt cõtra se ꝑmi. ideoq; in sua proportione mĩmi. ꝑ corrlariũ igiꝗ vicesimẽ ⁊ tertij e nũerat a scõm h et h nũerat e scõm h. et itẽ g nũerat d ꝑm l ꝛ et l ꝛ g scõm l ꝛ. quoties ergo ꝑ diffinitionẽ eius qd̃ est numerũ ꝑ aliũ multiplicari vnitas in h et h in e ⁊ e in a. et ſilr quoties vnitas in l ꝛ toties l ꝛ in g et g in d. sunt igiꝗ vnitas h e a ꝓtinue proportiõales ſilr et vnitas l ꝛ g d cõtinue proportiõales. q̃re sicut inꝗ extremos a d ꝓtinẽtur b c duo medij proportionales. ſilr inꝗ a et vnitatẽ ꝓtinẽtur duo e h et inter d et vnitatẽ itidẽ duo g et l ꝛ medij proportionales: quod est propositũ.

¶Si inter vtrunq; duoꝝũ numeroꝝ et vnitatẽ numeri proportionales equales nũero ceciderint: inter ipsos quoq; totidẽ cadere necesse est. 8

¶Hec est cõuersa p̃cedẽtis vt si inꝗ vnitatẽ ⁊ a cadãt h et e duo nũeri cõtinue proportiõales et inꝗ vnitatẽ ⁊ d cadant l ꝛ g: totidẽ medij proportiõales dico inꝗ a et d totidẽ cadere. Nã qꝛ quoties vnitas in h toties h in e. iõ h in se ductꝰ producet e ⁊ ꝑ idẽ l ꝛ in se producet g et h ⁊ l ꝛ ducti in e et g producũt a et d duco ergo h in l ꝛ et fiat f manifestũ erit ꝑ septimã et octauã scõi e f g in ꝓtinua proportiõe eẽ vt h ad l ꝛ deinde duco h in f et fiat b ⁊ l ꝛ in f et fiat c cõstabitq; ꝑ septimã scõi vt a ad b ita b ad c et c ad d cadent itaq; duo nũeri b et c medij proportiõales inꝗ a et d quẽadmodũ cadebãt inter vnitatẽ ⁊ a et inter vnitatem et d: quod est propositũ.



¶Si fuerint quotlibet numeri continue proportionales: minimi quos duo et duo proximi numerant: in eadem proportione proportionales erunt. 9

¶Sint a b c d numeri ꝓtinue ꝓportiõales at vero mĩmi quos duo et duo proximi numerãt sint e f g dico e f g eẽ ꝓtinue proportiõales. sumo enĩ h l ꝛ in illa proportiõe mĩmos ⁊ ꝑ 24 tertii a b c numerãt e f g ꝑm l ꝛ. ⁊ b c d nũerãt eosdẽ ꝑm h. ergo ꝑ septimã ꝑmi e f g sũt ꝓtinue proportõales: qd̃ ẽ propositũ



¶Numeros diuersarum proportionum sumere: a quorum binis ⁊ binis numerati minimi: sint continue proportionales. 10

¶Volo sumẽ nũeros diuersaꝝ proportionũ a quoꝝ binis ⁊ binis mĩmi numerati sint proportiõales Capio a b nũeros cõtra se ꝑmos a quidẽ maiorẽ ⁊ b minorẽ quoꝝ cõpositus sit c ꝗ cum vtroq; ꝑ nonã tertii ẽ primꝰ. et duco b in se et proueniat d et b in a ⁊ proueniat e et a in c et fiat f et c in se et fiat g: per septimã primi q̃ proportio a ad b ea ẽ e ad d et f ad e tanq̃ c ad b et c ẽ maius a ergo ꝑ nonã scõi maior est f ad e q̃ e ad d et g ad f vt c ad a que non est vt b ad a. nã c b essent eq̃les neq; vt a ad b. nã per primã huiꝰ qꝛ esset cõtinua proportionalitas c ad a et a ad b proide c et a cõicarent. est itaq; proportio g ad f alia a proportiõe f ad e et e ad d. capio ergo minimũ quẽ numerãt d e ꝗ sit h et mĩmũ quẽ numerãt e f. et sit l ꝛ et minimũ quẽ numerãt f g et sit l. dico h l ꝛ l esse cõtinue proportiõales. nam ꝑ 24 tertii b in e facit h. et qꝛ f ad e tanq̃ c ad b et c b sunt in sua proportiõe mĩmi ergo ꝑ eandem 24 b in f producit l ꝛ est ergo l ꝛ ad h vt f ad e quare vt c ad b. et qꝛ per idẽ c ducit in f ad producẽdũ l. nã f est mĩor et g maior ergo ꝑ octauã scõi erit l ad l ꝛ tanq̃ c ad b. nã b in f facit l ꝛ et c in f facit l. sunt igiꝗ l l ꝛ h cõtinue proportionales mĩmi a binis et binis numeroꝝ diuersarũ proportionũ sumptoꝝ nũerati: qd̃ est propositũ



¶Si inter duos numeros quotlibet cõtinua proportionalitate sumãtur: inter vtrũq; eorum et minimũ quem omnes numerãt totidem assignari necesse est. 11

¶Sint a b c d nũeri cõtinue proportiõales quoꝝ ꝑ 25 tertii e sit inuẽtus mĩmus quẽ numerãt: dico quot nũeri cõtinue proportiõales cadũt inꝗ a et d: totidẽ cõtinue proportiõales cadere inꝗ a et c et inꝗ d et e. sint f g h mĩmi quos a b: b c: et c d bini et bini numerãt. erũt f g h ꝑ nonã huius cõtinue in eadẽ proportiõe a ad b ꝓportiõales. Itẽ mĩmi quos f g et g h bini et bini numerãt sint l ꝛ l dico l ꝛ eẽ mĩmũ quẽ numerãt a b c. nã si esset mĩor ꝑ corrlarium 23 tertii f et g eundẽ numerarẽt quare ⁊ ꝑ idẽ corrlariũ l ꝛ mĩmus ab eis numeratꝰ: maior scz minorẽ qd̃ est ipossibile. et eodẽ argumẽto l est mĩmus quẽ numerãt b c d et ex eodẽ oñdetur mĩmũ quẽ numerãt l ꝛ l eẽ minimũ quẽ numerãt a b c d. at mĩmꝰ quẽ numerãt a b c d positꝰ est c. igiꝗ c est mĩmus quẽ numerãt l ꝛ l. Sint p̃terea m et n mĩmi proportionis a ad b: ergo ꝑ 24. tertii a numerat f et f l ꝛ et l ꝛ e ꝑm n ⁊ per idẽ d numerat h et h l et l e scõm m. quare ꝑ octauã scõi a f l ꝛ e sunt ꝓtinue proportiõales. Itẽ ⁊ d h l e: atq; sicut inꝗ a et d sunt b c duo medii proportionales: ita inter a et e sunt duo f l ꝛ et inter d et e duo h l itidẽ medii proportionales: qd̃ est propositũ

¶Si primus ad secundũ sicut tertius ad quartũ quotcunq; inter primũ et secundum totidem inter tertium ⁊ quartum ꝓportionaliter medios cõsistere necesse est. 12



¶Sit a ad d sicut e ad h: et inꝗ a ⁊ d sint b c duo medij ꝓportiõales. dico etiã inꝗ e ⁊ h eẽ duos medios ꝓportiõales. Sumo q̃tuoꝝ mĩmos illius ꝓportiõalitatis ꝗ sint l ꝛ l m n: ꝑ 21 secũdi et equã proportionalitatẽ l ꝛ ad n sicut a ad d quare ⁊ sicut e ad h. et qꝛ per quintã p̃ñtis l ꝛ n sunt cõtra se ꝑmi erunt ꝑ 20 tertij in sua proportione mĩmi et ꝑ decimãnonã eiusdẽ minimi l ꝛ n numerabũt equaliꝗ e ⁊ h. numerẽt igiꝗ numeri l m numeros f et g ꝑm eundẽ numerũ. et per septimã secundi e f g h erunt cõtinue proportionales. sunt igiꝗ f g itidẽ duo medij proportionales inꝗ e ⁊ h vt duo d c inꝗ a ⁊ d: qd̃ est propositũ.

15 ¶ Numerorũ continue proportionaliũ si primus nõ numeret secundũ nõ numerabit aliquis eorum vltimũ. q̃ si primus numeret vltimũ numerabit et secundũ.

¶ Sint a b c d numeri cõtinue ꝓportionales et a nõ numeret b: dico nullũ eorũ nũerare d. ⁊ certũ est qꝛ sicut a ad b: ita c ad d. et a nõ numerat b: c etiã non numerare d. at q̃ b nõ numeret d pz. capio enim e f g tres mĩmos ꝓportionis a ad b. per equã enĩ proportionẽ que ꝓportio e ad g: ea est b ad d. at e ⁊ g per quintã sunt cõtra se primi: ergo e nõ numerat g: quare neq̃ b numerabit d. si enĩ e numerat g ipm e esset vnitas. et cũ que proportio e ad f: ea sit a ad b ⁊ e vnitas numeret f a etiã nũeraret b: qd̃ est ꝯtra hypothesim. et cõsimiliter pbabis a nõ numerare d acceptis quattuor mĩmis in illa ꝓportione q̃ sint h k l m. nã cum p̃mus nõ sit vnitas (alioquĩ oẽs numeraret ⁊ ita a oẽs) primꝰ ⁊ vltimus p quintã huiꝰ erũt contra se primi ⁊ primꝰ h nõ numerabit m: quare neq̃ a numerabit d. vt enĩ h ad m: ita p equam ꝓportionalitatẽ a ad d qd̃ est primũ. Scõm pz ex opposito ꝯntis huiꝰ vltimi mõstrati. Si enĩ a nõ numerat b: etiam nõ numerat d. vt monstratũ est p primã partem: ergo ex opposito ꝯntis si a numerat d numerat ⁊ b: quod est secundum.



14 ¶ Si primus in tertio quoties vnitas in secundo: inter primũ et tertium et inter vnitatem ⁊ secundũ numeri proportionales numero equales inuenientur.

¶ Sint tres numeri a e d: a primꝰ: e secũdus: d tertius. et sit vt quoties a est in d: toties vnitas sit in e dico ergo quot numeri inter a ⁊ d cõtinue ꝓportionales inueniũtur: totidẽ inter vnitatẽ ⁊ e reperiri. Reperiãtur enĩ inꝯ a ⁊ d duo nũeri b c cõtinue ꝓportionales: qm̃ enĩ a numerat d ergo p premissam a nũerabit b. vnitas ergo numeret f quoties a ẽ in b: itẽq̃ f numeret g quoties b nũerat c: nũeret etiã g toties quẽcunq̃ numerũ. vt verbi cã h quoties c nũerat d: qꝛ ergo vt a ad b: ita vnitas ad f et vt b ad c. ita f ad g. et vt c ad d: ita g ad h. ergo p equã proportionalitatẽ vt a ad d: ita vnitas ad h. sed ⁊ vt a ad d ita ⁊ vnitas ad e. sunt ergo h ⁊ e idem numerus: quare inter vnitatẽ ⁊ e duo pariter numeri f et g reperiuntur medij proportionales vt inter a et d duo b ⁊ c: quod est propositum.



15 ¶ Si fuerint duo numeri contra se primi quotcũq̃ inter alterũ eorũ et minimũ quem numerãt: totidem inter reliquũ ⁊ vnitatẽ proportionales reperiri cõtingit.

¶ Sint cõtra se primi a ⁊ e et mĩmus quẽ numerãt sit d: dico q̃ si inꝯ a et d cadũt b c duo medij ꝯtinue ꝓportionales totidẽ cadẽ inter vnitatẽ ⁊ e: qꝛ a e sunt contra se primi. et ideo in sua ꝓportione mĩmi et d est mĩmus quẽ numerãt: ergo p vicesimãquartã tertij a nũerat d secũdum e. est ergo toties a in d quoties vnitas in e: ergo per precedentẽ quot numeri inueniunꝯ inter a ⁊ d primũ ⁊ tertium: totidem continue proportionales inueniunꝯ inter vnitatem ⁊ e secundũ: quod est propositum.



16 ¶ Si fuerit duo numeri cõicantes: quotcũq̃ inter alterũ eorũ ⁊ maximũ q̃ eos nũerat totidẽ inter reliquũ ⁊ minimũ ab eis numeratũ ꝯtinue ꝓportionales ꝯsistere ncẽ est.

¶ Sint a b nũeri adinuicẽ ꝯmẽsurabiles et c maximꝰ eos numerãs ⁊ d mĩmus ab eis numeratꝰ: dico quot ꝓportionales cadũt inter c et b: totidẽ cadere inter a ⁊ d. itẽ quot cadũt inter c ⁊ a: totidẽ cadere inꝯ b ⁊ d. Sint enĩ e ⁊ f mĩmi in ꝓportione a ad b: ergo p vicesimãtertiã tertii e in c facit a. et per vicesimãquartã eiusd̃ e in b facit d: ergo p septimã scõi q̃ proportio c ad b ea est a ad d. ergo p duodecimã huiꝰ quotcũq̃ cadũt medij ꝓportiõales inꝯ c ⁊ b primũ et scõm: totidẽ cadũt inꝯ a ⁊ d tertiũ et quartũ et iterũ qꝛ vt c ad b: ita a ad d. ergo pmutatĩ c ad a vt b ad d: quare p eandẽ duodecimã quot medij proportionales cadẽt inꝯ c et a: totidẽ cadent inꝯ b ⁊ d. manifestũ est ergo quotcũq̃ inter alterũ eorũ et maximũ eos numerantẽ cadant: totidẽ inter reliquũ ⁊ minimũ ab eis numeratũ cadere: qd̃ est ꝓpositũ.



17 ¶ Si ab vno principio duo ordines numerorũ ꝓportionaliũ numero equaliũ sumanꝯ quotcunq̃ inter primum et alterũ extremorũ: totidem inter extremos medii secũdum ꝓportionem proximorum a primo ꝓportionales erunt.

¶ Incipiat ab a ad d vnus ordo numerorũ continue proportionaliũ et ab eodẽ a ad g secundus ⁊ numero quidẽ equaliũ: dico quot medij proportionales continebũtur inter a ⁊ d: totidem cõtineri inter d ⁊ g ꝯm ꝓportionẽ proximorũ a primo. cõtineanꝯ ergo b c medij ꝓportionales inter a ⁊ d: ⁊ e f medij proportionales inꝯ a ⁊ g: totidẽ cõtineri dictũ est inter d g ꝯm proportionẽ b e: qd̃ ostendiꝯ. Capio enĩ h k: mĩmos proportionis b ad e ⁊ duco h in oẽs illos et fiant l m n o ex vna parte: et ex altera pte fiant l p q r per septimã secundi l m n o sunt cõtinue proportionales: similiꝯ et l p q r. et per eandẽ que proportio b ad e: ea est m ad p. Deinde duco k: in a e ⁊ f et proueniant s t v: eruntq̃ per septimã secundi s ad t ⁊ t ad v sicut l ad p: p ad q et q ad r. ⁊ per octauam eiusdem sicut h ad k: ita ⁊ l ad s. quare m ad p sicut l ad s. et qꝛ p fit ex h in e ⁊ t ex k: in e: ides per octauam secundi p ad t vt h ad k: quare vt m ad p. sunt igitur continue proportionales m p t. et qꝛ dictũ ẽ vt s ad t ⁊ t ad v: ita l ad p: p ad q et q ad r. est ergo econuerso r ad q vt v ad t: ergo permutatim r ad v vt q ad t. ⁊ quia iterum q ad p vt t ad s: ergo permutatim q ad t vt p ad s: quare p ad s: q ad t et r ad v erunt in eadem proportione. ⁊ quia que proportio m ad k: ea est n ad m ⁊ o ad n: ⁊ m ad l probata est vt p ad s. ergo vt n ad m: ita q ad t. ergo permutatim que proportio n ad q: ea est m ad t. ergo per duodecimam huius cum inter m ⁊ t contineatur vnum medium proportionale scz p secundũ proportionem m ad p: itidem continebiꝯ vnum medium proportionale inter n q secundũ proportionẽ m ad p qd̃ sit x. ⁊ qꝛ q fit ex h in f ⁊ v ex k: in f per octauã primi erit proportio q ad v vt h ad k: quare vt m ad p. sunt igitur n x q v continue proportionales ꝯm



ꝓportionē m ad p. at rursum cū que ꝓportio o ad n ea sit r ad v. ergo ꝑmutatī o ad r vt n ad v: sed inē n et v cōtinentur ꝛ q duo medij ꝓportionales ꝑm proportionē m ad p. ergo per duodecimā huius ꝑm eandē proportionē totidem cōtinebuntur medij inter o ⁊ r q̄ sint y ⁊ z. at cū o fiat ex h in d et r ex h in g. ergo per septimā secundi que ꝓportio o ad r ea est d ad g. ergo per duodecimā huius quot medij proportionales cōtinentur inter o et r ꝑm proportionē m ad p totidem continebūtur inter d et g. at duo medij y ⁊ z vt monstratū est ꝑm proportionē m ad p siue b ad e qd̄ idem est continētur inter o et r. igitur et duo ꝑm eandē proportionē continentur inter d ⁊ g: qd̄ erat demonstrandū.

¶ Si fuerint quotlibet numeri in sua proportione minimi: quicunq̄ aliquem illorum numerat alteri terminorū illius proportionis erit cōmensurabilis. 18



¶ Termini diffiniti sunt q̄ in aliqua ꝓportione sunt mīmi. Sint ergo a b c d quotlibet numeri ꝓtinue ꝓportionales in sua ꝓportione minimi et sint e f termini in ꝓportione a ad b et numeret g numerū a aut b aut c aut d: vt verbi cā c: dico g esse cōmensurabilē e aut f. capio tres mīmos in ꝓportione a ad b per sextā huius q̄ sint h ⁊ l. qz igitur ex correlario eiusdē sexte ex e in l fit c. ergo ꝑ quintā tertij g cōmunicabit cum e aut cum l. si cum e constat propositum. si autem cum l: qz per idem correlarium ex f in se fit l per eandem quintam tertij cōmunicabit cum f: quod est propositum.

¶ Si fuerint quotlibet numeri in sua proportione minimi: quilibet eorum ad compositum ex reliquis erit primus. 19



¶ Sint a b c d quotlibet numeri continue ꝓportionales in sua ꝓportione minimi. e f vero termī proportionis a ad b. dico ꝓpositū ex a b c esse primū ad d. Nam si aliquis numeraret ꝓpositū ex a b c et d. ergo ꝑ precedentē cōicabit cum e aut f erit ergo aliq̄s numerus cōiter numerās e aut f. et compositū ex a b c et d q̄ sit g: qz ergo g numerat e aut f et ꝓpositum ex a b c et numerū d et vterq̄ e ⁊ f numerat b et c per decimānonā tertij. ergo per vicesimātertiā primi g numerabit b et c. ergo et g per quintā scōi numerabit a residuū: sed g positus est etiā numerare d: et a ⁊ d per quintā huius sunt contra se primi igitur g numerat contra se primos qd̄ est impossibile. nō ergo cōpositus ex a b c est cōpositus ad d sed necessario primus: quod est propositū. et ita de quolibet alio ad cōpositum ex reliquis argumētare

¶ Si quotlibet numeri fuerint in sua proportione minimi: qui ex omnibus componitur ad quemlibet eorum erit primus. 20

¶ Hoc ideo est q̄ numerus cōpositus ex duobus contra se primis ad quēlibet eorū per nonam tertij est primus. at ꝑ precedētem quilibet numerorꝫ in sua ꝓportione minimorū ad compositū ex reliquis est primus: ergo cōpositus ex illis per eandē nonam ad quēlibet illorum numerorū et compositū ex reliquis est primus. quare ad quēlibet illorum erit primus: quod est propositum.

¶ Si fuerint duo numeri contra se primi: tertium eis in continua proportionalitate adiungi est impossibile. 21

¶ Nam si tertius eis in cōtinua ꝓportionalitate adiūgeretur: ergo per primā huius primus ⁊ scōs erunt cōmensurabiles: quare nō erunt contra se primi quod est contra hypothesim ⁊ propositū.



¶ Si duo numeri contra se primi numerent alios duos ꝑm numerū a neutro eorum numeratum: illis quoq̄ in continua proportionalitate non adiungetur tertius. 22

¶ Sint a b numeri contra se primi ⁊ e numerus neq̄ ab a neq̄ ab b numeratus ꝑm quē a numeret c et b numeret d: dico non esse numerū in continua ꝓportionalitate numeris c et d adiungendū. Si enī sit aliquis esto ille f: qz per octauā secūdi ꝓportio c ad d vt a ad b erit: ergo d ad f vt a ad b. et a b sunt contra se primi quare per vicesimā tertij sunt in sua ꝓportione minimi ⁊ per decimānonam eiusdem quoties a numerat d toties b numerat f. sit ergo vt equalis numerēt ꝑm g: cum itaq̄ b numeret d ꝑm e ⁊ f ꝑm g. ergo per septimā secundi q̄ proportio d ad f: ea est e ad g. quare ⁊ q̄ a ad b: ea est e ad g. et a b ꝓbati sunt in illa ꝓportione mīmi. igitur ꝑ decimānonam secūdi a b numerāt e g equalis. numerabit igit alter numerorꝫ a aut b numerū e: quod est contra hypothesim.

¶ Si numeri proportionales fuerint in sua proportione minimi: non erit extremi ad aliquem proportio que primi ad secundum. 23



¶ Sint a b c continue ꝓportionales in sua ꝓportione mīmi: dico c ad nullū esse ꝓportionē q̄ a ad b. Si enī sit aliq̄s esto ille d. qz ergo a ad b sicut c ad d: ergo ꝑmutatī a ad c sicut b ad d. ⁊ qz a b c sunt in sua ꝓportione mīmi: ergo ꝑ quintā hui⁹ a c sunt cōtra se ꝑmi. quare ꝑ vicesimā tertij in sua ꝓportiōe mīmi quare ꝑ decimānonā eiusdē a nūerabit b: ⁊ c nūerabit d equalī. at si a nūerat b: etiā b nūerat c. nam eadem ꝓportio quare per vicesimātertiam primi ⁊ a numerabit c: verūtamen a c erant contra se primi. hoc igitur impossibile ⁊ propositum.

¶ Si quotlibet numeri in sua proportione minimi totidē alios numerēt ꝑm numerū a neutro illius proportionis numeratū: nō erit alius cum illis cōtinue ꝓportionalis. 24



¶ Sint a b c nūeri ꝓtinue ꝓportionales in sua ꝓportione minimi q̄ numerēt totidē d e f ꝑm k ⁊ q̄ neq̄ numereⁿ ab g neq̄ ab h in ꝓportione a ad b mīmis: dico q̄ d e f nō est adiūgendꝰ aliq̄s cū illis ꝓtinue ꝓportionalis. Si enī fuerit aliq̄s sit l q̄ adiūgat post f: nūerabunt ergo a b c tres mīmi tres vltimos illius ꝓportiōis e f l equalī: sitq̄ id ꝑm m. ⁊ qz c numerat f ꝑm k ⁊ l ꝑm m: ꝑ septimā ergo scōi k ad m sicut f ad l: quare ⁊ sicut g ad h per decimānonam. ergo tertij g h in illa ꝓportione minimi nūerabunt k m equaliter: qd̄ est contra hypothesim. positū enī erat neq̄ g neq̄ h numerare k.

25 ¶Si sumantur numeri ab vnitate cõtinue proportionales: nullus eorum numerabit vltimum nisi ꝑm aliquem in illa serie dispositorum.

¶Sint a b c d e f numeri cõtinue ꝓportiõales ab vnitate: dico nullũ eorꝫ numerare f/ nisi ꝑm aliquẽ in illo ordine positorꝫ. nam qꝛ quoties vnitas in a toties e in f: ergo per diffinitionem e numerat f scõs a. Item qꝛ vt vnitas ad a: ita d ad e. et vt a ad b: ita e ad f. ergo per equã ꝓportionalitatem vt vnitas ad b ita d ad f. quoties ergo vnitas in b: toties d in f. per diffinitionẽ igiꝯ d nũerat f scõm b. et qꝛ item per equã ꝓportionalitatem per vicesimam primã secundi vt vnitas ad c: ita c ad f. quoties ergo vnitas in c toties c in f: quare c numerat f scõm se. et qꝛ mõstratus est d numerare f scõm b: ergo alternatim per octauam primi b numerat f scõm d. et qꝛ etiã e mõstratus est nũerare f scõm a: alternatim a nũerabit f scõm e. est itaq; ostensum a b c d e numerare f vltũ ꝑm aliquẽ in illo ordĩe positorꝫ. qõ erat ꝓpositũ.



26 ¶Si numerorum ab vnitate continue proportionaliũ secundus ab vnitate fuerit numerus primus: nullus numerabit vltimũ nisi aliquis in ordine antecedentiũ.

¶Sint a b c d numeri ꝓtinue ab vnitate ꝓportiõales: et a numerus ꝑmus. dico q̃ nullus numerabit d: nisi aliq̃s precedentiũ d in ordine numerorꝫ a b c d. Si enĩ aliq̃s alius numeret d sit e qui nũeret eũ scõm f. qꝛ ergo a nũerus ꝑmus nũerat d ꝓductũ ex e in f: ergo p quartã tertij a nũerat e aut f. sit ergo vt numeret e intelligo q̃ttuor nũeros: a/e/f/c: et qꝛ per precedẽtem a in c extremus in extremũ ꝓducit d ꝛ eũdẽ ꝓducit e in f medius in mediũ. ergo per vicesimã quintam scõi vt a ad e: ita f ad c. sꝫ a nũerat e: ergo et f numerat c. numeret ergo f nũerũ c scõm g: eadẽ rõne f vel g nũerabit b: sitq; id scõꝫ h. p idẽ quoq; tandẽ ꝓcludes g aut h nũerare a: q̃re a non ẽ nũerus ꝑmus. qõ ẽ ꝓtra hypothesim. at si g aut h ponat eq̃lis a: argumẽtaberis p ꝑmissam reliquos eẽ equales iis qui sunt in ordĩe a b c d: et ꝓpositũ.



27 ¶Numeris ab vnitate proportionalibus si aliquis primus vltimum numeret: secundum quoq; ab vnitate numerabit.

¶Sint a b c d ꝓtinue ꝓportiõales ab vnitate: sitq; e numerus primus qui nũeret d/ vltũ: dico iꝑm e numerare a scõm ab vnitate. Si enĩ e primus non nũerat a: ergo p primã tertij e erit primus ad a. et cũ quoties vnitas in a toties a sit in d: ergo a scõm se numerat d. quare per vndecimã tertij d est ꝑmꝰ ad e. et cũ quoties vnitas in a toties b sit in c: q̃ b nũerat c secũdũ a. quare per decimã tertij e est ꝑmus ad c. et item quoties vnitas in a toties c in d: ergo c numerat d secũdum a. per eãdem ergo decimam: e est primus ad d. non ergo e numerat d. quod est oppositum positi.



28 ¶Si numerorum continue proportionalium primus de secundo et vltimo tollatur: que proportio fuerit residui secundi ad primũ ea est residui vltimi ad cõpositum oĩm precedentium.

¶Sint a. b. c. d. e. f. et g k: numeri ꝓtinue ꝓportiõales ꝛ detrahat a b primus de c d secũdo: sitq; residuus secũdi l d. Itẽ detrahat a b de vltimo g k/ sitq; residuus h k. dico que ꝓportio l d ad a b: eã esse h k ad ꝓpositũ ex a. b. c. d. et e f. sumo enĩ ex g k nũerꝫ g m equalẽ e f/ ꝛ g n equalẽ c d. et intelligo g k. g m. et g n. vt tria tota. qꝛ ergo g m equat e f: que proportio g k ad e f: ea est totius g k ad totũ g m. et qꝛ g n equat c d: ideo que ꝓportio e f ad c d: ea est totius g m ad totũ g n. et per idem q̃ ꝓportio c d ad a b: ea est g n ad g h. et vltra q̃ ꝓportio totius g k ad totũ g m: ea est g m detracti g k ad g n detractum g m/ q̃ numeri g. k. e. f ꝛ c. d positi: sint ꝓtinue ꝓportiõales. et q̃ ꝓportio totiꝰ g m ad totũ g n: ea est g n detracti g m ad g h detractũ g n. quare p quintã scõi m l: ad n m/ ꝛ n m ad h n residuorꝫ ad residua vt totorꝫ ad tota: id est m l: ad n m: sicut e f ad c d. et n m ad h n sicut c d ad a b. ergo ꝑmutatim per tertiã secũdi sicut m l: ad e f: ita n m ad c d et h n ad a b: ergo p vicesimam secũdi h n m l: sit qui sũt h l: ad h positũ ex e f c d et a b: sicut h n vnius illorꝫ ad a b vnum horꝫ. at cũ g n equetur c d/ et g h equetur a b: ergo g h equabitur c l. equat ergo h n nũero l d. ablatis enĩ equalibus ab equalibus: residua sũt equalia. q̃re ergo que proportio l d ad a b: ea erit h l: ad ꝓpositũ ex oĩbus precedẽtibus. qõ est propositum.



29 ¶Propositis duobus numeris/ sumptisq; quotlibet secũdũ proportionem eorꝫ ꝓportionalibus: si minor in minorem ꝛ maior in maiorem ducatur ꝛ ꝓductorum differentia per differẽtiam ꝓpositorꝫ diuidatur: exibit numerus qui ex omnibus aliis coaceruat.

¶Sint a b et a h duo numeri et h b eorꝫ differẽtia: et sint c d/ d e/ e f/ et f g: quotlibet in ꝓtinua ꝓportione a b ad a h: ducaturq; a b in c d ꝛ pueniat l m. item a h in f g ꝛ pueniat l n: sitq; differentia l m ꝛ l n numerus n m. dico q̃ si n m diuidatur p h b: differẽtiam primi ad scõm puenire c g numerꝫ ex c d e f g cõpositum. Nam ex a b in d e fiat l o et in e f fiat l p et in f g fiat l q. qꝛ per decimã primi qõ fit ex ductu a b in f g: equũ est ei quod fit ex ductu a h ꝛ h b in eũdẽ nũerũ f g: et ex a b in f g fit l q: et ex a h in eũdẽ fit l n. ergo ex h b in f g per eãdem decimã fit n q. Preterea intelligo quattuor numeros: a b primum/ a h secũdũ/ e f tertiũ/ et f g quartũ. et qꝛ q̃ proportio primi ad scõm ea est tertij ad quartũ: q̃ p vicesimã quintam secũdi quod fit ex ductu a b in f g primi in vltimũ: equũ est ei qui fit ex a h in e f medio in medium. at quod fit ex a b in f g est l q: ergo quod fit ex a h in e f est l q. at xo qõ fit ex toto a b in e f est l p: ergo per decimam primi quod fit ex h b in e f est q p. Et eadẽ ꝓsimilicq; argumẽtatione: quod fit ex h b in d e est p o: et in c d est o m. quare per nonam primi h b in toto c g producit n m. ergo per sextam petitionem primi si ꝓductus n m diuidatur per eũdem numerũ h b: redibit prior numerus c g. qõ erat demonstrandum.



¶Quarti elementorum Arithmetices Jordani finis.

Omnis ꝓportio sup aliã quãlibet addere ꝓportionem dicit: que cũ illa ꝓti-
o nuata ipam componit. differẽtia ꝓportiõis ad aliam: vocatur illa ꝓportio
qua eadem supra reliquam abundare dicitur.

¶ Quod addit ꝓportio primi ad scõm sup ꝓportionẽ tertii ad quartũ: est
ꝓportio que est inter ꝓductum ex primo in quartum ⁊ ꝓductũ ex secũdo in tertium. 3

e 6	f 4	g 3	
a 2	b 1	c 4	d 3

¶ Hec docet substrahere ꝓportionẽ a ꝓportione: et q̃/ quãtaq̃ ꝓportio minore ꝓportiõe a maiore substracta relicta sit: quã hic dicam ꝓportiõis a ꝓportiõe noiamus. Sint quattuor numeri: a pm⁹/ b secũdus/ c tertius/ d quartus: et sit maior ꝓportio a ad b q̃ c ad d/ et ex a in d fiat e: et ex b in c fiat f Dico ꝓportiõem quã addit a ad b sup ꝓportiõem c ad d: eã esse q̃ est inter e et f. duco enim item b in d ⁊ fiat g. qr enim b in c facit f/ ⁊ in d facit g: ergo p septimã secũdi q̃ ꝓportio c ad d: ea est f ad g. et quia a in d facit e: et b in d facit g: ergo per octauã scõi e ad g vt a ad b. et qr posita est a ad b maior ꝓportio q̃ c ad d: ẽ ergo ⁊ e ad g maior ꝓportio q̃ f ad g. quare p nonã secũdi e maior est q̃ f. est itaq̃ ex diffinitione ꝓportiõis ꝓposite ex scõo huius habita ꝓportio e ad g ꝓposita ex ꝓportionibus e ad f et f ad g. addit ergo ꝓportio e ad g ꝓportiõem e ad f: sup ꝓportionẽ f ad g. quare ⁊ ꝓportio a ad b eãdẽ ꝓportionem e ad f addit sup ꝓportionem c ad d. quod est propositũ. ¶ Id tñ aliaduerti dignũ est si semel minore ꝓportione de maiore substracta relicta sit differentia ꝓportio maior: item ab ea demak minor et id toties fiat q̃ũsq̃ relicta sit aut substracte equalis aut ea minor. sicq̃ cognoscere ꝓptũ erit q̃ties ꝓportio minor fuerit in maiore et quã insup superaddet minorem: si vltra supaddat.

¶ Quo abundat ꝓportio primi ad scõm super ꝓportionem tertii ad quartum: eo 2
abundat ꝓportio primi ad tertium sup ꝓportionẽ scõi ad quartum. Itẽq̃ ꝓportio quarti ad tertium super ꝓportionem secundi ad primum.

e 6	f 4	g 12	
a 2	c 4	b 1	d 3
e 6	f 4	g 8	
d 3	c 4	b 1	a 3

¶ Sit eadem hypotesis q̃ prius: dico ꝑmo qua ꝓportiõe vt e ad f abũdat ꝓportio a ad b sup ꝓportionem c ad d: eadẽ ꝓportiõe abũdare a ad c sup ꝓportionẽ b ad d. Scõo eadem q̃q̃ ꝓportione abũdare d ad c sup ꝓportionẽ b ad a. Primũ patet: nã qr a ad b primi ad scõm maior ẽ ꝓportio q̃ c ad d tertũ ad quartum. ergo p duodecimam secũdi maior est ꝓportio a ad c primi ad tertiũ: q̃ b ad d secũdi ad quartum. fac ergo a primum/ c scõm/ b tertiũ/ d quartum: et argumentare per precedentem ⁊ videbis propositum. Scõm similiter patet: nam quia a ad b maior q̃ c ad d: ergo per vndecimã secũdi erit d ad c maior q̃ b ad a. fac ergo d primum/ c secũdum/ b tertium/ a quartũ: ⁊ argumentare per precedẽtem: et facile videbis propositum.

¶ Si addat aliqua ꝓportio super alteram q̃tum tertia sup quartam: erit vt cõposita 3
ex prima ⁊ quarta composite ex reliquis sit equalis.

c — 3	f — 4	g — 3	
a — 2		b — 1	
c — 4		d — 3	
a 2	c 4	e 4	g 8
b 1	d 3	f 2	h 6

l — 16
lz — 8
m — 6
n — 64
q — 48
o — 32
p — 24

¶ Priusq̃ ad ꝓpositũ demõstrandũ veniamus: volo demõstrare quo pacto ꝓportio ꝓportiõi addẽda sit: et dico ꝓportiõem ꝓductoꝝ ex ꝑmo terio vni⁹ ꝓportiõis in primũ alterius: ⁊ ex secũdo in scõm eẽ ex duabus illis ꝓportiõibus ꝓpositã. Sint enim a ad b et c ad d due ꝓportiões: quas volo illi addere atq̃ ex ipsis ꝓpositã ꝓflare. duco c in a ⁊ pueniat e: et d in b ⁊ pueniat g. dico ꝓportionem e ad g: eẽ ꝓpositã ex ꝓportiõibus a ad b ⁊ c ad d. duco enim item c in b ⁊ pueniat f: et per septimam scõi q̃ ꝓportio a ad b: ea est e ad f. et per octauam eiusdem q̃ ꝓportio c ad d: ea ẽ f ad g. et ꝓportio e ad g ꝓponitur ex ꝓportiõibus e ad f ⁊ f ad g. quare ⁊ ex ꝓportiõibus a ad b: ⁊ c ad d: quod intẽdebatur. Nunc ergo ad demõstrãdum ꝓpositũ veniamus. Sit ergo vt q̃tũ ꝓportio a ad b addit sup ꝓportionẽ c ad d tñ addat ꝓportio e ad f sup ꝓportionẽ g ad h. dico ergo ꝓportiõem ꝓpositã ex ꝓportiõibus a ad b ⁊ g ad h: eẽ equalẽ ꝓportioni ꝓposite ex ꝓportiõibus c ad d ⁊ e ad f. duco enim g in a ⁊ in b et fiant l lz et b in h et fiat m: per septimã ergo ꝑmi l ad lz sicut a ad b. et qr b in g facit lz et in h facit m: per eãdem lz ad m sicut g ad h. quare erit ꝓportio l ad m ꝓposita ex ꝓportiõibus a ad b et g ad h prĩa scz vltĩa Deinde duco c in l/ in lz/ ⁊ in m: et pueniãt n/ o/ p: qui p septimã secũdi erũt ꝓportiõales ꝑmi ꝓportiões l. lz. m. qr ergo n ad o sicut l ad lz: et o ad p sicut lz ad m: ergo per equã ꝓportiõalitatem n ad p sicut l ad m. quare equales sunt ꝓportiões l ad m ⁊ n ad p. deinde duco d in l ⁊ pueniat q. qr ergo n fit ex c in l ⁊ q ex d in l: per octauam ergo secũdi est n ad q sicut c ad d. Itẽ qr l ad lz sicut a ad b: addet l ad lz sup ꝓportiõem c ad d q̃tũ a ad b addit sup eãdem ꝓportionem c ad d. Intelligo ergo q̃ttuor numeros l/ lz/ c/ d. et quia l in d facit q: ⁊ lz in d facit o vt mõstratũ est: ergo p primã huius q ad o est qd addit a ad b sup ꝓportionem c ad d. et qr eãdem ꝓportiõem addit e ad f sup g ad h: addit q̃ e ad f ꝓportiõem q ad o sup ꝓportionem g ad h. at ꝓportio o ad p est vt g ad h/ et q ad o est qd addit e ad f sup g ad h: ergo q ad p ꝓstãs ex q ad o: et o ad p equak ꝓportioni e ad f. et n ad q vt dictũ est equak c ad d: ⁊ n ad p equak l ad m ꝓposite ex ꝑma ⁊ vltĩa. et n ad p ꝓstituik ex scõa ⁊ tertia. sic itaq̃ ꝓstructũ est propositum

¶ Si inequales ꝓportiones vni addãtur: erit additaꝝ ⁊ ꝓpositarũ eadem dria. 4

p 24	q 6	r 20	s 8
a — 4	c — 6	e — 5	
b — 2	d — 3	f — 4	
g — 24			
h — 12			
lz — 6			
l — 120			
m — 60			
o — 48			
n — 30			

¶ Sit a ad b quecũq̃ ꝓportio: sintq̃ c ad d ⁊ e ad f due ꝓportiões inequales vt c ad d maior/ ⁊ e ad f minor: addak q̃q̃ ꝓportio c ad d ꝓportioni a ad b: sitq̃ ꝓposita ꝓportio p ad q. addak item ꝓportio e ad f eidem ꝓportioni a ad b ⁊ proueniat ꝓposita r ad s: dico eãdem eẽ differẽtiã ꝓportionis p ad q ad ꝓportionem r ad s q̃ est ꝓportiõis c ad d ad ꝓportiõem e ad f. duco enim c in a ⁊ in b ⁊ proueniat g h: et b in d ⁊ proueniat lz. per septimam secũdi erit ꝓportio g ad h vt a ad b: et h ad lz vt c ad d quare ꝓportio g ad lz est ꝓposita ex ꝓportiõib⁹ a ad b ⁊ c ad d: atq̃ eadem ꝓportioni p ad q. duco item e in g/ in h/ et in lz: et proueniãt l m/ n ꝓportiõales per septimam secundi g h lz. et duco f in h et

proueniat o.erit enī l ad m sicut g ad h:quare sicut a ad b.et qz e in h producit m:⁊ f in h producit o:ꝗ per octauam secūdi q̄ proportio e ad f:eadē est m ad o.quare proportio l ad o cōposita ē ex proportiōe a ad b et e ad f.atq̄ eadem proportiōi r ad s.at qz l ad n et g ad lz et p ad q equātur:et sīlr l ad o ⁊ r ad s adinuicem equātur:et l ad n superat l ad o proportiōe o ad n.erit o ad n dr̄ia p ad q:et r ad s proportionum ꝓpositaꝝ.at cū m ad n equetur c ad d:et m ad o equetur proportioni e ad f vt hec oīa mōstrata sunt:⁊ proportio m ad n supet proportionem m ad o in proportione o ad n.erit ergo eadem proportio o ad n differētia c ad d et e ad f proportionum scz additaꝝ et ꝓpositaꝝ.quod est propositum.



5 ¶ Proportiones minores minoribus siue eqlib⁹ addite: minorē ꝓportionē ꝓstituūt.

¶ Sit a proportio minor b:et c minor d:et e mior f.dico proportionem ꝓsitā ex a c miorem eē proportione ꝓsita ex b et c et proportiōem ex c e miorem eē proportiōe ex d e.sit itē proportio g equalis proportioni f.dico proportionem ex e g:minorem eē proportiōe ex f g.Primū pz:nam cū proportiōes a b sint inequales ⁊ b sit maior a.sit ergo h differētia qua abūdat b sup a:et proportio ex b addita c sit lz et ex a addita c sit l:per p̄cedentē eadē erit dr̄ia lz ad l et b ad a.sed b est maior a in proportiōe h:igīt et lz maior l in eadē proportiōe.et eadē rōe mōstrabis proportiōem ꝓsitā ex d e maiorem eē proportione ꝓsita ex c e.qd̄ est p̄mū.Scd̄m p idē pz:nā q̄a f maior ē e sit m differētia f ad e.⁊ ꝓsita ex f g sit n:et ex e g sit o.per p̄cedētem eadem est differentia f ad e et n ad o.sed f maior est e in proportiōe m igīt et n proportio ꝓsita ex f g:maior ē proportiōe o ꝓsita ex e g:in eadē proportiōe m.qd̄ ē scd̄m.

6 ¶ Datas proportiones:in minimis terminis cōtinuare.

¶ Sint a ad b.c ad d.et e ad f:date proportiōes in mīmis terminis:quas in proportiōalitate ꝓtinua in mīmis numeris assignare iubemur.capio mīmū quē nūerāt b c qui sit g.et quoties b ē in g:toties sit a in h.et per septimā secūdi tunc q̄ proportio a ad b:ea est h ad g.et quotics c est in g:toties sit d in lz.per eādem septimam eadē erit proportio c ad d et g ad lz.erūt ergo due ꝓportiōes a ad b ⁊ c ad d in ꝓtinua ꝓportiōalitate in numeris h g lz:et etiā in mīmis numeris.nā si in mīoribus eē possint ꝓtinue sit ergo vt in t v x.per decimānonam tertij b sīlīter ⁊ c nūerabit v.quare ⁊ p correlariūvicesimequarte tertij g mīm⁹ ab eis nūeratus etiā numerabit v.nō sunt igīt t v x mīmi hoc pacto ꝓtinuativt poēbat. et si e numeraret aliq̄ties lz: caperem l quem p̄m eūdē numeraret f.quare p septimā secūdi q̄ ꝓportio eēt f ad e:eadem eēt lz ad l:sicq̄ addita eēt tertia ꝓportio in ꝓtinua ꝓportionalitate ⁊ in mīmis terīs In mīmis quidē ꝓpter causam īmediate adductā.at qz h e non nūerat k:capio mīmum numerū quē numerant e ⁊ k qui sit m.et quoties k est in m scd̄m eūdē numerum sit g in n et h in o. Item quoties e est in m toties|scd̄mq̄ eūdē numerum sit f in p.⁊ per septimam secūdi erit o ad n sicut h ad g.q̄re sicut a ad b.et n ad m:sicut c ad d.et m ad p:sicut e ad f.q̄re tres ꝓportiōes date sunt in ꝓtinua ꝓportiōalitate in numeris o ad n/n ad m/et m ad p.et etiā in mīmis numeris.nā si assignarētur minores:vt q r s y:per decimānonam secūdi b ⁊ c numerarent r.ergo g mīmus ab eis nūeratus p correlariumvicesime quarte tertij etiā numerat r.et cū que ꝓportio g ad lz ea sit r ad s:ergo pmutatim que ꝓportio g ad r ea est lz ad s.sed g numerat r:ergo lz numerat s.et etiaꝝ per decimānonam tertij e numerat s.quare ⁊ m mīmus ab eis nūeratus p correlariūvicesimequarte tertij numerabit s.nō sunt igīt q/r/s/y mīmi: illas ꝓportiones ꝓtinue retinētes:vt ꝓponebat.quare nulli tales erūt:p̄ter o n m p.qd̄ est ꝓpositum.



7 ¶ Numerum propositum per partes inequales p̄m assignatas ꝓportiones continue sumptas:diuidere.

¶ Numerus datus is eē debet qui per numerum proportōes assignatas in mīmis ꝓtinentem diuidi possit:alioquin in eo partes assignatis proportiōibus rñdētes inuenire eēt impossibile. Sit ergo tris nūerus datus a:quē ꝓpositum est diuidere in quattuor ꝓtes inequales:quaꝝ pria ad scdam sit dupla scda ad tertiam sesqualtera/et tertia ad quartam sesquitertia.ꝓtinuo per precedētem tres assignatas ꝓportiones scz duplam/sesqualterā/⁊ sesquitertiā in mīmis terminis qui sint b c d e:sitq̄ totus ex ipīs compositus b e.et quia a ex hypothesi diuidi potest per b e:diuidat ergo per b e scz f:eritq̄ f nūerus ex diuisione pueniēs.duco b c d e in f et pueniant g h lz l qui p octauam secūdi ꝓtinebūt easdē ꝓportiones cū b c d e:ita vt sit g ad h vt b ad c/et h ad lz vt c ad d/et lz ad l vt d ad e.et qz per decimam primi quod fit ex ductu b e in f:equat̄ ei quod fit ex ductu b c/c d/et d e in f.et per sextam petitionem p̄mi ducto b e in f fit atq̄ reuertitur a.est ergo a diuisus in quattuor partes inequales g h lz l in ꝓtinua ꝓportionalitate proportiones assignatas ꝓtinētes.quod est propositum.



8 ¶ Quotlibet proportiōes quocūq̄ ordine cōtinuate:eādem proportionem ꝓstituūt.

¶ Id primo in duabus ꝓportiōibus ostēdendū est.Sint ergo a b quecūq̄ due ꝓportiones vt a dupla et b sesqualta:et continuetur primo dupla sesqualte in numeris c d e:ita vt dupla ꝓportio precedat:⁊ sesqualta sequat.erit enī c ad d duplus:et d ad e sesqualt.ꝓtinuētur secūdo eedē ꝓportiōes in nūeris f g h:ita tñ vt sesqualta p̄cedat et dupla sequat.erit enī f ad g sesqualter:et g ad h duplus.dico c ad d et d ad e:item f ad g et g ad h eādem cōstituere ꝓportiōem.Nam q̄ proportio g ad h ea est c ad d:et q̄ f ad g ea est d ad e.ergo p vicesimā scd̄am secūdi et equā ꝓportionalitatē indirectam:q̄ proportio f ad h eadem est c ad e.quod est propositum in duobus ꝓclusum. Jn tribus aūt ꝓportiōib⁹ id adiuuātibus duabus ostēdit.vt si qua sit tertia ꝓportio q̄ ipsis ꝓtinuāda sit:ꝓtinuet ergo illis p̄mo in fine.vt e ad l sit ꝓportio lz.et sīlīter h ad l.quia vt ostēsum ē:que ꝓportio f ad h:ea est c ad e.et que h ad l: ea est ad l. ergo p equā ꝓportiōalitatem q̄ proportio f ad l: ea est c ad l.et ita sīvtriq̄ p̄ponat.at sīvni postponat vt e l sit proportio lz postposita:et l f eadem p̄posita.qz que ꝓportio f ad h ea ē c ad e:et que l ad f ea est



e ad l.ergo p indirectam ꝓportiõalitatem q̃ ꝓportio l ad h:eadẽ est c ad l.et si h inserat duabus alijs ita vt c ad d sit ꝓportio a/ꝛ d ad l sit h/et l ad e sit b.item f ad g sit b/et g ad l sit h/et l ad h sit a.que ꝓportio l ad h ea ẽ c ad d:et que g ad l ea est d ad l:et que f ad g ea l ad e.ergo p equã ꝓportionalitatem directam q̃ proportio f ad h:eadẽ est c ad e.et si hic postponat h/illic ꝯo inserat vt fit in duabus vltimis figuratiõibus:quia q̃ ꝓportio d ad l ea est e ad l.et que l ad e ea est d ad e.ergo p indirectam ꝓportionalitatem que ꝓportio d ad e:ea ẽ d ad l.addita ergo vtriq; eadẽ ꝓportiõe c ad d:erit tota ꝓportio c ad e:equalis toti c ad l.at ꝓportio f ad h equat proportioni c ad e:ergo ꝛ proportioni c ad l.quod est propositum.Et si de quattuor ꝓportiõibus id desideras adiuuãtibus tribus adinuicem ꝓtinuatis id efficere studeas.nam idem demõstrandi modus est.

¶ Oim duoꝝ compositoꝝ proportio que est vnius ad alterum : est ex laterum suorũ ad latera alterius composita proportionibus. 9

¶ Latera ꝓsiti dicũtur nũeri qui in seinuicem ducti:ꝓsitũ ꝓducũt.Sint ergo duo ꝓsiti a b.et latera a:sint c d:c quidẽ maius ꝛ d minus.et latera a b sint e f:e q̃dẽ maius/f minus.dico ꝓportiõem a ad b ꝓsitam eẽ ex proportiõibus c ad e ꝛ d ad f.duco enĩ c maius laterũ a:in f minus laterum b:ꝛ proueniat g.quia enĩ c in d facit a:ꝛ c in f facit g:ergo p septimã secũdi que ꝓportio d ad f ea est a ad g.et quia f in c facit g et f in e facit b:ergo p eãdem septimam que proportio c ad e ea/est g ad b.at proportio a ad b ꝓstituit ex proportionibus a ad g et g ad b:ergo ꝛ ex proportiõibus c ad e et d ad f.quod est propositum.



¶ Si numeri continue proportionales in totidem alios ꝓtinue etiam proportiõales ducantur:et qui inde prouenient continue proportionales erunt. 10

¶ Sint a b c numeri ꝓtinue proportiõales itidẽ ꝛ d e f alij totidẽ cõtinue proportiõales:ꝛ ducat d in a ꝛ proueniat g/ꝛ e in b ꝛ proueniat h/ꝛ f in c ꝛ proueniat k.dico productos g h k eẽ ꝓtinue proportiõales.Nam cũ latera g sint d a:ꝛ latera h sint e b:ꝛ latera k sint f c:ergo p precedẽtem proportio g ad h cõstat ex proportiõibus d ad e ꝛ a ad b.ꝛ proportio h ad k ex proportiõibus e ad f ꝛ b ad c.sꝫ proportiones e ad f ꝛ b ad c:eedem sũt proportiõibꝰ d ad e ꝛ a ad b:ergo ꝛ proportio h ad k ex illis ꝓstãs:eadẽ est proportioni g ad h.que igit proportio g ad h ea est h ad k.qõ demonstrandum erat ꝛ propositum.



¶ Numerum ita diuidere vt q̃ totius ad maiorem portionem:ea maioris ad minorẽ sit ꝓportio est impossibile. 11

¶ Si ei hoc pacto quisq̃ nũerus diuideret:diceret diuidi fm proportiõem hñtem medij ꝛ extrema. hec itaq; ꝓponit nullũ numerum fm proportiõem hñtẽ medij ꝛ extrema diuidi posse.Nam si aliq̃s hũc in modũ diuidi potest:sit ille a b q̃ sit diuisus in a d minorem portiõem ꝛ d b maiorem: sitq; vt a b ad d b:ita d b ad a d.detraho ab maiori portione d b numerum c d equalem a d.et qꝛ que proportio a b ad d b:ea est d b ad a d.et quia a d ꝛ d c equant:q̃ q̃ proportio totius a b ad totum d b ea est d b ad d c detracti ad detractũ.ergo p quintam secũdi q̃ proportio a b ad d b:ea est a d ad c b residui ad residuũ quare ꝛ eadem d c ad c b.quare itez q̃ proportio d b ad d c:ea est d c ad c b.capio itez d e equalẽ c b.et quia sicut d b ad d c:ita d c ad c b ꝛ d e equat c b.ergo sicut d b ad d c totus ad totũ:ita d c ad d e detractus ad detractum.quare per quintam secundi sicut d b ad d c totus ad totum:ita c b ad e c residuꝰ ad residuum.quare itez simili argumentatione detracto e c ab c b:erit residuus ad residuum perinde vt totus ad totum.atq; hoc/abibit in infinnitum.qõ per quartam petitionem ẽ impossibile certũ est ergo numerum aliquem ita diuidi non posse.



¶ Numerum ex duobus constãtem inuenire:cuius ad maiorem proportio addet sup proportionem eorũdem data proportione minus. 12

¶ Sint a b mĩmi termini ꝓportionis date:a maior et b minor:et sit ꝑmo differentia a ad b numerus c ꝛ maior proportio a ad b q̃ b ad c:et sit d numerus ꝓstitutus ex duobus scz a ꝛ b quẽ dico minorẽ hñe proportiõem ad a maiorem eius portionem q̃ sit a ad b proportio assignata:sit e ꝓpositus ex b c.quia enĩ proportio a ad b primi ad scõm maior est q̃ b ad c tertij ad quartũ:ergo p primam ptẽ decieqnte secũdi d ad b proportio maior q̃ e ad c.et per scõam ptem eiusdez erit d ad a proportio mĩor q̃ e ad b. at cũ e ꝓstituat ex b ꝛ c dñia a ad b:equabit ipsi a.ergo d ad a proportio minor q̃ a ad b.qõ ẽ,ꝓsitũ. Sit scõo vt minor sit ꝓportio a ad b q̃ b ad c:capio quẽcunq; numerum maiorem a qui sit d:a quo detraho f equalẽ c ꝛ residuum sit e.et intelligo c detractũ ab a ꝛ b residuũ.et qꝛ maior est ꝓportio d ad a totius ad totum q̃ f ad c detracti ad detractũ:ergo p decimãtertiam secũdi:maior est proportio e ad b residui ad residuũ q̃ d ad a totius ad totum.etvltra maior est proportio e ad b q̃ d ad a.ergo p duodecimam eiusdẽ maior est proportio e ad d q̃ b ad a.quare pervndecimam eiusdem erit proportio d ad e minor q̃ a ad b.et cũ e f ꝓstituãt d:ꝛ e maior sit f:si vterq; e ꝛ f sit nũerus ꝓstat d numerum ex duobus e ꝛ f ꝓstitutũ eẽ quem querimus.q̃ si f sit vnitas:duco aliquẽ numerum vt g in e et ꝓueniat h/et in d et proueniat k.et in f et proueniat l.per septimam secũdi que ꝓportio e ad d et d ad f:ꝓsitis est h ad k et k ad l.et cũ per nonam ꝑmi quod fit ex g in e ꝛ in f equet ei qui fit ex g in d:ergo k ꝓstituit ex duobꝰ numeris h et l.quare k est talis numerus qui queritur.



¶ Duabus ꝓportiõibus incqualibus ꝓpositis:tertiam reperire que duplicata: miore sit maior/et maiore minor. 13

¶ Sint termini maioris ꝓportionis a b: ⁊ termini minoris c d: et a ⁊ c numeri maiores/ ꝓpositūq; sit tertiam ꝓportionem repire q̄ duplata: minore sit maior ⁊ maiore mīor. ducam enī a in c et in d ⁊ pueniant e f: et b in c et, pueniat g. manifestū est enī per septimam secūdi e esse ad f vt c ad d: et p octauam eiusdē e ad g eē vt a ad b. et quia e ad f minor est proportio q̄ c ad g: ergo p decimam secūdi f est maior g. deinde duco f in e et in se et in g et, pueniāt h/k/l qui p septimā secūdi erūt in ꝓportiōe e/f/g: vt scz h k sit vt e f/ et h l vt e g. deinde duco e in se et, pueniat m. tūc enī ḋa f in e facit h/ et e in se facit m: ergo p octauam secūdi m ad h vt e ad f: quare et vt h ad k. Si ergo ꝓportio m ad k ex duabus ꝓportiōibus minori assignate equalibus ꝓstituta: sit minor ꝓportione h ad l quero aliquē numerum vt o: qui in se ductus ꝓducat p maiorem h et minorem aut equalem m. et dico proportiōem o ad f esse cuius dupla maior est proportiōe c ad d ⁊ minor proportiōe a ad b. nam cū f in se faciat l2/ et o in se faciat p: ergo p ea que in principio tertie propōnis huius demōstrata sunt est ꝓportio o ad f addita ad seipsam. quare et proportio p ad k dupla ad proportiōem o ad f. at cū p sit maior h ꝓportio p ad l2 per nonam secūdi maior est q̄ proportio h ad l2. quare et proportiōe c ad d. et cū proportio m ad l2 minor eēt proportiōe h ad l/ etiā et proportio p ad l2 proportioni quidē o ad f assignate dupla minor eēt eadē ꝓportiōe h ad l: quare et proportione a ad b et propositū. at si proportio m ad l2 maior est proportiōe h ad l: sit ergo illaꝫ differētia m ad n. tūc enī proportio n ad l2 erit eq̄lis proportioni h ad l. ⁊ tūc querā aliquē nūerū vt o qui ductus in se, ꝓducat p: maiorem quidē h sed minorem n. et argumētabor vt prius proportiōez p ad l2 duplā quidē proportioni date o ad f maiorem eē proportiōe h ad l2 quare ⁊ proportiōe c ad d. ⁊ minorem eē proportione n ad l2 quare et proportione h ad l et proportione a ad b. qd̄ itez est ꝓpositū Hic tñ attende q̄ vbi non facile possis inuenire numerum similem o/ tunc duc l2 in h in se ⁊ in l: et itez h in se donec oportune talis numerus tibi occurrat.



14 ¶ Quālibet proportiōem in duas diuidere: quaꝫ dēia sit data proportiōe minor.

¶ Sit b data proportio: propositūq; sit a alteram proportionem datam in duas ꝓportiōes diuidere: quaꝫ vnius ad alteram differentia sit data proportione b minor. capio p primam huius differentiam proportionis b ad a que sit c. Si c sit eq̄lis aut maior a/ oportet c minorem eē b. cū p diffinitiōem c eēt proportio qua b superaret ꝓportiōem a. quare et a aut eque aut multo fortius minor eēt b. in quascūq; ergo duas proportiōes diuidat: ille erunt minores a. nā eius ꝑtes. quare et differētia vnius ad alteram (cū ea sit alicius partis portio q̄ sup alteram addit) minor erit altera partium: quare mīor toto a. quare ⁊ multo fortius minor toto b/ sicq; in quascūq; diuideret: haberet propositū. Q̄ si ꝓportio c minor sit a inuenio p precedentem proportionem aliquā cuius dupla sit maior c/ et minor a. sitq; illa duplata proportio d. capioq; dēiam d ad a p primam huius q̄ sit e quā dico eē minorem b. nā si ipsi eēt equalis: cū b c equētur a: ergo d que est maior c. cū e equali b maiorem proportiōem ꝓstituēt sit a. nō ē ergo e differētia a ad d qd̄ est ꝓtra hypothesim. Et si e eēt maior b multo fortius d et e maiorē ꝓportionem ꝓstituūt q̄ b ⁊ c. quare maiorem proportiōem q̄ sit a: qd̄ itez eēt e nō esse dēiam a ad d ⁊ ꝓtra hypothesim. Relinquit ergo proportiōem e esse minorem proportione b. et quia due proportiones d ⁊ e equātur proportioni a: intelligo proportiōem a in illas esse diuisam: et dico differentiam illaꝫ scz d ad e que sit f eē data proportione b minorem. nam si esset equalis b: cū b et d maiorem ꝓstituāt proportionem q̄ a vt dictum est etiā d et f maiorem ꝓstituerēt a: quare ⁊ d ⁊ e. quare f non eēt dēia d ad e et p idem f non potest esse maior b. cōstat ergo propōem a vt ꝓponit ꝓpositio eē diuisam ⁊ ꝓpositum.



15 ¶ Si tres nūeri ꝓtinue ꝓportiōales: tribus aliis ꝓtinue ꝓportiōalibus comparētur: extremoꝫ ad extremos ꝓportiōes ꝓtinuate erunt tanq̄ mediorū ꝓportio duplicata.

¶ Sint a b c tres numeri ꝓtinue proportiōales: item d e f tres alij ꝓtinue proportiōales. dico ꝓportiones a ad d et c ad f adinuicem ꝓtinuatas: equari proportioni b ad e: duplicate. duco enī c in a ⁊ in d ⁊ pueniāt g/ h/ et f in d et, pueniat l2. eritq; per septimam secūdi proportio g ad h vt a ad d: ⁊ h ad l2 per octauam eiusdem vt c ad f. atq; proportiones a ad d et c ad f adinuicem ꝓtinuate per g h l2 et p tertiā huius addo proportiōem a ad d ꝓportioni c ad f ducēdo a in c et, pueniat l. et d in f et, pueniat m. manifestū est proportionem l ad m ꝓstitutā esse ex proportiōibus g ad h et h ad l2: atq; ipsis simul sūptis equari. deinde duplo proportionem b ad e addendo per tertiam huius proportiōem b ad e sibijpi ducendo scz b in se. et quia a b c sunt ꝓtinue proportiōales: p vicesimāsextam secūdi pueniet l: ⁊ ducēdo e in se et p eādem vicesimāsextam secūdi pueniet m. quare duplata proportio b ad e equat proportiōi l ad m que pbata est equari proportiōibus g ad h et h ad l2 scz ꝓportiōibus a ad d et c ad f adinuicem continuatis. quod est propositum.



16 ¶ Si quattuor numeris cōtinue proportiōalibus alij totidem cōtinue proportiōales adaptentur: erunt proportiones extremorū ad extremos ꝓiūcte tanq̄ proportiones mediorum ad medios cōtinuate.

¶ Sint a/ b/ c/ d: quattuor numeri ꝓtinue ꝓportiōales: et e/ f/ g/ h totidem alij ꝓtinue proportiōales. dico proportionem cōpositam ex proportiōibus a ad e et d ad h equari proportiōibus ꝓtinuatis b ad f et c ad g. ꝓtinuatis sicdē ꝓportiōibus b ad f et c ad g: vt in p̄cedenti factum est. p septimā ⁊ octauam secūdi hec ex tertia huius ⁊vicesimaquīta secundi cognoscitur vt precedens ex vicesimasexta.



17 ¶ Si quotlibet numeri ad totidem alios comparētur: proportiōes eoꝫ quolibet mō sumptorum eandem proportionem componunt.



¶ In duobus nũeris id ꝑmo vidẽdum est. sint enĩ a et b duo numeri/et c d duo alij qui duobus ꝑmis comparenĩ: dico eãdem ꝓportiõem ꝓpositam esse ex a ad b ⁊ c ad d/et ex c ad d et a ad b. Si enĩ nũeri illi eẽnt equales: statim de se notum eẽt. Siliter si duo primi eẽnt equales inter se/ et duo secũdi inter se: et silr si tres eẽnt equales ⁊ vnus inequalis. sed esto proportio a ad b maior proportiõe c ad d facio a ad b primam ꝓportiõem/c ad d scõdam/⁊ itez a ad b tertiam/⁊ c ad d quartam. et quia q̃tum a ad b prima addit sup c ad d scõdam tm̃ addit a ad b tertia supra c ad d quartam. ergo ꝑ tertiã hui⁹ ꝓposita ex a ad b et c ad d prima ⁊ quarta equaĩ cõposite ex c ad d et a ad b secũda et tertia. quod intẽdebaĩ. Idem quoq; in tribus efficies. Sint a/c/e: tres nũeri qui ꝓparenĩ b/d/f. dico eandem compositam eẽ ex a ad b/c ad d/et e ad f: et ex c ad d/a ad b/ et e ad f. nam per immediate mõstratũ eadem ẽ ꝓposita ex a ad b et c ad d/et ex c ad d et a ad b: ergo ꝓportiõe e ad f vtriq; addita: ꝓportiões erũt equales. qõ erat ꝑbandum. dico item eãdem eẽ compositam ex a ad b/et c ad f/et c ad d: et ex e ad f/a ad b/et c ad d. Nam per nup mõstratũ eadẽ est ꝓportio cõposita ex a ad b et e ad f: et ex e ad f/⁊ a ad b. ergo ꝓportione c ad d: vtriq; adiecta fiũt ꝓportiões a ad b/e ad f/et c ad d. item e ad f/a ad b/⁊ c ad d: adinuicem equales. qõ ꝓponebaĩ ꝑbãdum. Et ita alias ꝗbinatiões ꝑba et adiuuãtibus trib⁹: de q̃ttuor expedi Et ita consequẽter. ¶ Quinti elementoꝝ Arithmetices Jordani finis.

Altera numeroꝝ dicũtur: quoꝝ multiplicatiõe: numeri ꝓducũtur. Supficialis appellaĩ numerus: qui duobus lateribus continctur. Solidus ẋo qui sub tribus: ex quoꝝ ꝗtinua multiplicatione habet ꝓcreari. Quadratus est numerus supficialis equalibus lateribus cõtẽtus. Altera parte longior: est cuius latera sunt ineqũlia sed sola vnitate distãtia. Cubus est numerus solidus equalibus consistens in lateribus. Similes dicũtur numeri siue supficiales siue solidi: quoꝝ latera sunt proportionalia.

¶ Si tres numeri fuerint in sua proportione mĩmi: duo extremi erunt quadrati. 1



¶ Sint a b c tres nũeri cõtinue proportiõales in sua ꝓportiõe mĩmi: dico a esse numerum quadratũ atq; siliter c esse numerum quadratum. Nã per septimã quarti erit vnus medius ꝓportiõalis inĩ a ⁊ vnitatẽ qui sit d: et siliter vnus inĩ c et vnitatem qui sit e. quia ergo quoties vnitas in d toties d est in a: ergo d in se ductus multiplicat/atq; ꝓducit a. est ḡ a quadratus. nam d ⁊ d eius latera sunt equalia Et qz etiam quoties vnitas in e toties e est in c: ergo e in se ductus ꝓducit c. quare c etiam quadratus. quod est propositum.

¶ Si fuerint quattuor numeri in sua proportione mĩmi: duo extremi erunt cubi. 2



¶ Sint a/b/c/d quattuor numeri ꝗtinue proportiõales: in sua proportiõe minimi. dico a cubum esse atq; d cubum esse. Nam ꝑ septimam quarti erũt duo medij proportiõales inter a et vnitatem qui sint e et f: et silr duo inter d ⁊ vnitatem qui sint g et h. et quia quoties vnitas in e toties e in f: ergo e in se ꝓducit f. et quoties vnitas in e toties f in a: ergo e in f suũ quidẽ quadratũ ꝓducit a. est igiĩ a cubus. et per idem quia quoties vnitas in g toties g in h: ergo g in se ꝓducit h. et quoties vnitas in g toties h in d: ergo g in h suum quadratum: ꝓducit d. quare etiã d cubus. quod est propositum.

¶ Ois q̃drati ad quadratũ est tanq; lateris ipius ad latus alĩius ꝓportio duplicata. 3



¶ Sint duo quadrati a et b: ⁊ latus a sit c/et latus b sit d. dico proportiõem a ad b eẽ tanq; proportio c ad d duplicata. duco enĩ c in d ⁊ fiat e. et erit ꝑ septimam secũdi a ad e sicut c ad d. et ꝑ octauã eiusdez e ad b vt c ad d: est ergo a ad e vt e ad b. at proportio a ad b constat ex ꝓportiõib⁹ a ad e et e ad b: quaꝝ quelibet equatur c ad d. est ergo a ad b tanq; ꝓportio c ad d duplicata: vt ꝓponebatur.

¶ Proportio cubi ad cubũ: est tanq; lateris ad latus triplicata. vnde manifestum est inter quoslibet duos quadratos vnũ: atq; inĩ cubos duo ꝓportiõaliĩ media ꝗsistere. 4



¶ Sint duo cubi a ⁊ b. et latus a sit c: et latus b sit d. sitq; e quadratũ c/et f quadratũ d. inter quos ex demõstratione precedẽtis est vnus medius ꝓportiõalis qui sit g. deiñ duco c in e et certũ est ꝓuenire a: et c in g et ꝓueniat h: et d in f et certũ est ꝓuenire b: et d in g ⁊ ꝓueniat k. manifestũ est ex precedẽti eandem esse proportionem e ad g et c ad d: et eãdem g ad f et c ad d. sed ꝑ septimã secũdi a ad h vt e ad g. quare vt c ad d: et per octauam eiusdẽ l2 ad b vt g ad f. q̃re vt c ad d. est igitur quelibet trium proportionum a ad h/h ad k/et k ad b alteri equalis: atq; equalis c ad d. sed proportio a ad b ꝗstat ex illis tribus. est igiĩ proportio a ad b tanq; ꝓportio c ad d triplicata. Et correlarium ex modo demõstrationis cognitum est ⁊ propositum.

¶ Quoꝝ latera ꝓportiõalia sunt quadratos ꝓportiõales eẽ: atq; si quadrati ꝓportionales sunt: et latera ꝓportionalia esse necesse est. 5

¶ Sint a/b/c tres numeri ꝗtinue proportiõales: quoꝝ quadrati sint d/e/f. dico quadratos d/e/f esse ꝗtinue proportiõales. Itẽ dico si d/e/f sunt ꝗtinue proportiõales: ⁊ a/b/c eoꝝ latera eẽ proportiõalia. Prima pars statim ex decima quĩti cognoscitur. et scõa ostendiĩ. Nam quia proportio d ad e ꝑ nonã quinti est composita ex ꝓportiõibus a ad b ⁊ a ad b: et silr ꝓportio e ad f ꝗposita ex ꝓportiõibus b ad c et b ad c: ḡ ꝓportiões a ad b et b ad c sunt equales. alioquin ꝑ quintam eiusdem singulis addite sue equales: non ꝗstituerẽt d ad e et e ad f proportiones equales. qõ est ꝗtra hypothesim.

6 ¶Si cubi fuerint proportiōales: erunt ⁊ latera ꝓportionalia. ꝙ si latera ꝓportiōalia fuerint: cubi quoq; proportionales erunt.

¶Sit hypothesis ea q̄ prius: sed g/h/k sint cubi numeroꝝ a/b/c. Scā pars hui⁹ patet ducendo a b c ꝯtinue proportiōales in d e f suos quadratos qui p primam ptem p̄cedentis sunt ꝯtinue ꝓportiōales et ꝓcuēt g h k qui p decimam quinti sunt ꝯtinue proportiōales. qd̄ est scd̄m. Et p̄ma pars declarat̄ Nam per nonam quinti proportio g ad h ꝯposita est ex proportiōibus d ad e ⁊ a ad b. et ꝓportio h ad k cōposita ex proportiōibus e ad f ⁊ b ad c. et si a ad b et ad c nō sunt ꝓportiōabilia: neq; d e f. si ergo a ad b maior sit proportio q̄ b ad c: ergo per quintam quinti maior erit d ad e q̄ e ad f. ergo per eandem quintam g ad h ꝯstituta ex d ad e et a ad b maioribus ꝓportionibus erit maior q̄ h ad k. nō sunt igit̄ g h k proportionales. quod est ꝯtra hypothesim ⁊ totum propositum.

7 ¶Quo abūdat quadrat⁹ super quadratū est nūerus ex lateribus ipsoꝝ coaceruatus et ꝯm laterum differentiam multiplicatus.

¶Sint a ⁊ b duo quadrati: a maior/ et b minor. sitq; c latus a: ⁊ d latus b. dico numerum quo a supat b: esse numerum qui ꝓcreat̄ ex ductu differētie c ad d in coaceruatum c d. Intelligo enī coaceruatum c d esse diuisum in c maiorem numerum: ⁊ d minorem. et quia p decimāoctauam p̄mi quod fit ex d in se: cū eo quod fit ex differētia c ad d in coaceruatum c d: equū est ei quod fit ex c in se. sed qd̄ fit ex c ī se est quadratū maius a: ⁊ qd̄ fit ex d in se est b quadratū minus: g̃ b quadratū minus supat̄ ab a q̄drato maiore in eo nūero q̄ fit ex dꝛia c ad d in coaceruatū c d. abūdat g̃ a sup b in eodē nūero. qd̄ ē ꝓpositū.



8 ¶Si quadratus quadratum numeret: et latus suū latus alterius nūerabit. ꝙ si latus a latere numerabitur: et quadratus a quadrato numerabitur.

¶Sint a b duo quadrati/ et a numeret b: sitq; c latus a ⁊ d lat⁹ b. dico c nūerare d. dico itē si c nūerat d: etiā a numerare b. sit enī p corrlariū quarte huius e medium proportiōale inter a ⁊ b: erūt enim a ad e et e ad b in ꝯtinua proportiōe vt c ad d. sed a primus numerus p hypothesim numerat b vltimū: ergo per decimātertiā quarti: a p̄mus nūerat e scd̄m. quare c numerabit d. qd̄ est p̄mū. Scd̄m pz: mā si c nūerat d: g̃ ⁊ a nūerat e ⁊ e nūerat b. q̄re p vicesimātertiā p̄mi a nūerabit b. qd̄ ē scd̄m ⁊ totū ꝓpositū



9 ¶Si cubus cubum nūeret: ⁊ latus ipsius latus alterius numerabit. ꝙ si latus nūerat latus: et cubus cubum numerabit.

¶Quod de quadratis modo ostensum est/ hic de cubis demōstrandum ꝓponitur. Et p̄ma ps positis medijs ꝓportiōalibus inf̄ cubos p corrlariū quarte huius vt p̄ma p̄cedētis cognoscit̄: ⁊ scd̄a vt scd̄a.



10 ¶Trium numeroꝝ cōtinue proportionalium: si primus fuerit quadratus: tertium quoq; quadratum esse necesse est.

¶Sint a b c tres numeri ꝯtinue proportionales: et sit a quadratus: dico c eē quadratum. sint enī d e mīmi in proportiōe a ad b. per decimānonam tertij d numerabit a. sitq; id scd̄m f. ⁊ e etiam per eādem numerabit c. cū per hypothesim eadē sit proportio a ad b ⁊ b ad c: sit ergo id scd̄m g. et quia a ponitur quadratus: sit ergo eius latus h. q̄a enī h in se tīn est q̄tum d in f: ergo p scd̄az ptem vicesimesexte scd̄i d/h/f sunt ꝯtinue proportiōales. et p nonam quīti ꝓportio a ad c: ꝯposita ex proportiōibus d ad e ⁊ f ad g. ergo q: a ad b vt d ad e: erit b ad c vt f ad g. est ergo d ad e vt f ad g. ergo pmutatim d ad f sicut e ad g. ergo per duodecimam quarti inter e et g tot media proportiōalia cadūt: quot inter d ⁊ f. at inf̄ d et f cadit h vnū medium ꝓportiōale: igit̄ ⁊ inter e et g cadet vnū q̄ sit k. et q: ex e in g positū est fieri c: ergo p vicesimāsextam secundi ex l: in se fiet idem c. est igit̄ c quadratus. quod erat demonstrandum.



11 ¶Si q̄ttuoꝝ numeroꝝ ꝓportiōaliū p̄mus fuerit cubus: quartū q̄q; cubū eē ꝯcuniet.

¶Sint a/b/c/d quattuor nūeri ꝯtinue proportiōales: quoꝝ a p̄mus sit cubus. dico d quartū eē cubū. sicut enī e/f/g/h quattuor in eadem proportiōe mīmi: erūtq; per scd̄am hui⁹ e ⁊ h cubi. et q: e ⁊ a sunt cubi: erūt p corrlariū quarte huius duo proportiōales medij inter e et a qui sint k l. et quia p equam proportiōalitatem que ꝓportio e ad h ea est a ad d: ergo pmutatim q̄ ꝓportio e ad a: ea est h ad d. sed inter e et a ꝓbat̄ sunt eē duo ꝓportiōales medij. ergo p duodecimam quarti ⁊ inf̄ h ⁊ d duo sil̄r erūt ꝓportiōales medij qui sint m ⁊ n. et q: p decimānonam tertij h nūerat d: ergo per scd̄am ptem decime tertie quarti h numerabit m. Sit igit̄ o latus cubi h: sitq; quoties h in m toties o in p. q: igit̄ ꝓportio d ad h tanq̄ m ad h triplicata: erit eadē ꝓportio d ad h tanq̄ ꝓportio p ad o triplicata. et q: p quartā huius eadem est ꝓportio inf̄ cubum p et cubū h. erit igit̄ d cubus: ⁊ eius latus erit p. qd̄ est ꝓpositū.



12 ¶Quadratos tres inuestigare: quoꝝ ꝯtinue sumptoꝝ differentie sint equales.

¶Sit c duplum cuiuslibet numeri. addat̄q; c cuilibet nūero vt b. sitq; a ꝯpositus ex b c. et ex a ⁊ b fiat d. et ex c in a ⁊ in b fiāt h ⁊ k. et ex a ⁊ b in d fiant e et f. et ponatur numerus l/m/g equalis numero e: ita vt g sit equalis f. quia enī e/ et l/m/g equātur: et ex a in d fit e: etiā ex a in d fit l/m/g. sed g equatur f qui fit ex b in d: ergo residuū l et m per decimam primi equū est ei q̄ fit ex c in d. quare p nonā eiusdez l et m sunt tanq̄ h et k. Sit ergo l equalis h: et m equalis k. dico ergo l g posse diuidi in duo equalia. Nam cū b in d fiat g: et d sit tanq̄ b bis ⁊ c: ite; b in se bis. hoc est in suū duplum. et in c facit g. ⁊ a in c facit l. erūt ergo l g tanq̄ qd̄ fit ex b in se bis. et a b (quod est d) in c: cui⁹ dimidiū est quod fit ex b in se semel: et ex d in dimidium c. est ergo numerus l g: in duo media eidez dimidio eq̄lia diuisibile. diuido





Differentia trium quadratorum continue eadem





ergo l g in duo media eqlia: sitq; r differētia vni⁹ illoꝝ dimidioꝝ ad g. et v numerus equalis dimidio. et q differētia dimidij l g: ad totū l m g. dico tres q̃dratos numeroꝝ r. v. ⁊ q: q̃ sint r e: v e: q e: eē qui petūtur. Nam cū differētie quadratoꝝ sint p septimam huius q̃ ex differētijs laterum in ꝓposita ex ipis ꝓducūtur: ꝓtinue videbis ex dr̃ia r ad v in ꝓpositū r v qd̃ est g. et ex dr̃ia v ad q in ꝓpositum v q qd̃ est l m g: eqlem numerū ꝓduci p vicesimamquītam secūdi q; eadem sit ꝓportio differētie r ad v ad dr̃iam v ad q. sicut aggregati q v ad aggregatum r v. siue sicut l m g ad m g: quod idem est. Sed hocvltimum facilius forte capies in minoribus numeris ⁊ eodē ingenio inuentis. vt sit a senarius. et primi hinc ⁊ inde sint b ⁊ c. b minor: ⁊ c maior. certū est b eē quinariū: cuius dr̃ia ad a sit d. quā certū est eē vnitatē sitq; e differētia d ad b vnitatis ad quinariū: quā ꝓstat esse quaternarium. sitq; f differētia b ad c. que quia dupla differētie b ad a: ideo erit binarius. est itaq; e ad f duplus. sed d b per ꝓceptiōem sunt a. et per scōam primi b c simul sunt duplus ad a. igit̃ et b c simul: sunt duplus ad d b. quare que ꝓportio e ad f differētie ad differentiam ea est aggregati b c ad aggregatum d b. ergo per vicesimāquītam scōi tm̃ est quod fit ex e in d b q̃tum qd̃ ex f in b c. ergo per septimam huius tres quadrati numeroꝝ d b ⁊ c sunt quales propositi sunt inueniri possibiles. quod est propositum.

¶ Numerum quadratū inuenire: q̃ cū quadrato dato numerum quadratū ꝓstituat. 13

¶ Sit p̃mo datus nūerus quadratus a: qui diuisibilis sit in duo equalia. cuius medietas sit b. latus aūt eius sit c. sitq; d binarius. quia ergo qd̃ fit ex d in b: equat̃ ei quod fit ex c in se: erit p vicesimāsextā secūdi c ꝓportiōaliter medius inter binarium ⁊ b. et quia d binarius est numerus primus: ⁊ p primā quarti cōicat cū c ⁊ c cū b: etiā d cōicabit cū b. p p̃mā g̃ tertij d nūerabit b. cuius q̃dē b: medietas sit e. et nūeri circūpositi sint f maior ⁊ g minor: quoꝝ q̃drata sint h ⁊ k. dico g̃ quadratū h eē tanq̃ numerū quadratum l: numero quadrato a additum. Nam differētia f ⁊ g ē binarius ⁊ ꝓpositus ex ipsis per secūdam primi est b. et quia ex binario in b per hypothesim fit a: ergo per septimam huius cū a fiat ex differētia laterū in cōpositū ex ipsis a est dr̃ia q̃dratoꝝ h ⁊ l. q̃drat⁹ ergo l additus quadrato dato a ꝓstituit numerum quadratum h. qd̃ est ꝓpositum. Sed esto secūdo vt sit quadratus a assignatus: sed in duo equalia partiri nō possit. cū ergo binarius eum nō numeret: et sit binarius numerus primus: ergo per primam tertij binarius ad ipm erit primus. quare p decimāquintam tertij binari⁹ nūerabit inferiorem numerum quadrato a: vnitate dempta qui sit b. cuius medietas sit c: ⁊ maior eo vnitate sit d: cuius quadratus sit e: et quadrat⁹ c sit f. dico ergo quadratum e abūdare sup quadrato a q̃tum est f quadratus c. Nam quia c bis cū vnitate ꝓstituit a: ergo per decimāoctauam primi quod fit ex c in se cū eo qd̃ fit ex a in dr̃iam d maioris partis ad c: equū est ei qd̃ fit ex d maiore parte in se. excedit igitur quadratus d quadratum nūeri c in quadrato dato a. nam differētia d ⁊ c erat vnitas. qd̃ est ꝓpositū.

¶ Si quadratus in quadratum ducatur: ꝓducet̃ quadratus. Si vero in non quadratū non quadratus ꝓueniet. Vnde pz si quadratus quadratum numeret: ipm secundum quadratum numerare. 14



¶ Sint p̃mo a ⁊ b duo quadrati: ducaturq; a in b et ꝓueniat c. dico c eē quadratū. Nam p corrlariū quarte huius inē a et b est vnus ꝓportiōalit̃ medius. sit ergo ille d. quia ergo a d ⁊ b sūt ꝓtinue ꝓportiōales: ergo p vicesimāsextam secundi quod fit ex a in b: equū est ei qui fit ex d in se. at quod ex a in b ꝓducitur est c. est igitur c quadratus. qd̃ intēditur. Secūdo: sit a quadratus ⁊ b non quadratus: ducaturq; a in b et ꝓueniat c: dico c non esse quadratum. Nam si c esset quadratus p scōam ꝓtem vicesime sexte secundi latus quadrati c eēt medius ꝓportiōalis inter a ⁊ b. quare cū a primus sit quadratus p decimā huius ⁊ b eēt q̃dratus. qd̃ est ꝓtra hypothesim. Corrlariū ex his duabus ꝓtib⁹ satis ꝓstat.

¶ Quadratus non quadratum: scōm non quadratum numerat. 51

¶ Nam si ponat̃ possibile quadratū scōm quadratū: ipm numerare: ergo per primam ꝓtem p̃cedēt̃ ꝓductus erit quadratus. at ponitur q̃dratus numerare nō quadratum: sequtur igitur ex hoc ꝓtrariū hypothesis. quod est propositum.

¶ Si cubus in cubum ducatur: qui ꝓducetur erit cubus. 16



¶ Sint a b duo cubi: ⁊ ducatur a in b et ꝓueniat c: dico c esse cubum. Sumo enī latus cubi a quod sit d: et quadratum lateris d q̃ sit e. manifestum est d ⁊ e eē ꝓportiōales inter vnitatem et a. et q: q̃ties vnitas in a toties b in c. cū a multiplicet c scōm b. per decimāquartam quarti quot medii ꝓportiōales erūt inter vnitatem ⁊ a: totidem erūt inter b et c. sunt ergo duo medij siliter ꝓportiōales inē b et c q̃ sint f g. cū ergo b f g c sint quattuor numeri ꝓportiōales: et b primus per hypothesim sit cubus: ergo per vndecimam huius ⁊ c quartus erit cubus. quod est propositum.

¶ Si in non cubum cubus ducatur: ꝓducetur nō cubus. Ex quo liquet q; si cubus cubum numeret: ipm scōm cubum numerare. 17



¶ Ducatur a cubus in numerum b nō cubum et ꝓueniat c: dico c non esse cubum. Nam si c ꝓductus ponatur eē cubus: manifestum est vt in precedenti per decimamquartam quarti quot medij ꝓportiōales erūt inter vnitatem et a: totidem esse inter b ⁊ c. sint ergo similiter duo scilz f ⁊ g. quia ergo c g f b sunt ꝓtinue ꝓportionales: ⁊ c est positus cubus. ergo per vndecimam huius: b etiam erit cubus. at b per hypothesim positus ē non cubus: accidet itaq; ꝓtrariū hypothesis. qui igitur inde ꝓducetur: nō erit cubus. quod est propositum. Corrlarium satis ex hac ⁊ precedenti cognitum est.

¶ Si non cubum cubus numeret: scōm non cubum eum numerabit. 18

¶ Nā si ponat numerari fm cubū: p penultimā qui ꝓducetur erit cubus. at positus est nō cubus nō itaq; ipsum numerabit fm cubū: quare si ipsum cubus numeret: fm nō cubū nūerabit: qd intēditur.

19 ¶ Si quadrati cōmunicant: latera quoq; cōmunicabunt. si vero quadrati sint incommensurabiles: et latera ipsorum incōmensurabilia erunt.

¶ Sint a b duo quadrati et c latus a et d latus b: dico primo si quadrati a b cōicant et eorū latera c d cōicare. nā si c d nō cōicant: ergo per duodecimā tertij neq; quadrati a b cōicabunt. ex opposito igitur ꝑnitis si quadrati cōicabunt ⁊ eorū latera cōicant. dico secō si quadrati a b non cōicant neq; eorū latera cōicare. nā si c d latera cōicant est aliqs nūerus eos cōiter numerās q̄ sit e: qz ergo e numerat c ergo p vicesimātertiā primi etiā numerat a. et qz etiā e nūerat d: p eandē vicesimātertiā nūerabit et b. si ergo latera sunt cōmunicātia et quadrati cōicant: quare ex opposito ꝑnitis si quadrati non cōmunicāt neq; latera cōmunicabunt: quod est secundū ⁊ totum propositum.



20 ¶ Si cubi fuerit ꝑmēsurabiles: tūc. q̄ si cubi nō cōicent: neq; ipsorū latera cōicabūt

¶ Huius prima pars vt precedentis prima ⁊ secunda vt precedentis secunda patescunt.

21 ¶ Si quadrati ad aliquem fuerit proportio tanq; quadrati ad quadratum illum aliquem: quadratum esse necesse est.

¶ Sit a quadratus qui ad aliquē numerū vt b eam habeat ꝓportionē que quadrati c ad quadratū d dico b esse numerū quadratū. nā qz c et d sunt quadrati per correlariū quarte huius est vnus medius ꝓportionalis inter c et d qui sit e. ⁊ qz que ꝓportio c ad d ea est a ad b: ergo per duodecimā quarti erit vnus medius proportionalis inter a et b qui sit f. qz ergo a f b sunt ꝓportionales ⁊ a primꝰ positus ē quadratus: ergo per decimā huius et b tertius est quadratus: quod est propositum.



22 ¶ Quicunq; se hz ad cubū sicut cubus ad cubū: idē ex necessitate erit cubus.

¶ Si ad a numerū cubum se habeat aliquis numerus vt b sicut d cubus ad c cubū: dico b esse cubum nā per correlariū quarte huius inter c et d erunt duo medij ꝓportionales. et cū que ꝓportio c ad d ea sit a ad b. ergo per duodecimā quarti cadent cōsimiliter duo medij ꝓportionales inter a et b: et a primus ponitur cubus erit igitur et b per vndecimā huius cubus quod erat demōstrandum.



23 ¶ Si quadratus in quadratum vel cubus in cubum ducatur: latus producti erit numerus qui ex latere vnius in latus alterius producitur.

¶ Sint primo duo quadrati a b: et latus a sit c: et latus b sit d. ducatq; a in b: et pueniat e q̄ per decimāquartā huius erit quadratus: et ducat c in d: ⁊ pueniat f. dico f esse tetragonicū latus e. nā per septimā et octauā secundi f est medius ꝓportionalis inter a ⁊ b. et p vicesimāsextaz eiusdē qd fit ex a in b equū est ei q̄ fit ex f in se. ē igit f latus quadrati e qd erat ꝓbandū. secō sint g et h cubi laterū c et d ⁊ g in h ꝓducat lz q̄ per decimāsextā huius erit cubus. dico f esse latus cubicū lz. qz enī c in a ꝓducit g et f in se ꝓducit e erit p nonā quinti ꝓportio g ad e cōposita ex ꝓportionibꝰ c ad f et a ad f. et qz iterū ex c in d fit f: et ex d in b fit h erit per eandē nonā ꝓportio f ad h cōposita ex ꝓportionibꝰ c ad d et d ad b: sz c ad d est sicut a ad f: sed et permutati d ad b sicut c ad f: q̄ eadē esset ꝓportio c ad d et f ad b. est igitur ꝓportio f ad h equalis ꝓportionibus a ad f et c ad f: quare ꝓportioni g ad e. ordinatis ergo quattuor nūeris g e f h: qz que ꝓportio g ad e ea est f ad h. ergo p vicesimāquintā secundi idē est nūerus q̄ ꝓducitur ex g in h et ex f in e suū quidē quadratū quare ꝓducti cubi lz latus ē f: qd est totū propositū.



24 ¶ Si dispositis ab vnitate numeris quadratis: ꝓportionaliter medij inter proximos quoscq; sumantur: fient omnes parte altera longiores. et cuiuslibet illorum ad illos differentiam lateri suo equalem esse constabit.

¶ Sint e f g h quotlibet nūeri quadrati ab vnitate ꝑnitē dispositi: eorū vero latera vnitas: et b c d numeri ꝑnitē ab vnitate sumpti. dico medios ꝓportionales inf proximos quoscq; quadratos sumptos eē altera pte lōgiores. duco enī vnitatē in b ⁊ pueniat lz q̄ est medius ꝓportionalis inter e ⁊ f. et qz eius latera vnitas et b sunt ēequalia sola vnitate distātia: p diffinitionē lz est altera pte longior. sicr duco b in c et pueniat l q̄ erit medius ꝓportiōalis inf proximos quadratos f g. et per idē vt prius altera pte longior. et ita de reliqs ꝓportionalibꝰ mediis proximorū quadratorū quotquot ꝑnitē assignati fuerit quadrati. Dico preterea differentiā lz ab quadrato f equalē esse b lateri f: et differentiā l a quadrato g esse equalē c lateri g: et ita cōsequenter. qz enī b superat vnitatē sola vnitate: intelligo ergo b diuisum in duas vnitates. et qz b in se facit f: ergo per decimātertiam primi b ductus in primā ⁊ secundam vnitatem procreat equū f: sed substracto qd fit ex b in vna vnitate remanet lz. est igitur substractū eius qd fit ex b in vna vnitate differētia lz ad f: sed et idem substractū est equale b: q̄ vnitas in quēcunq; numerum ducta idem faciat. constat ergo id esse verum de lz. de l autem consimiliter ostenditur: qz c excedit b sola vnitate. diuido ergo c latus scilicet quadrati g in b et vnitatem. ⁊ quia c in se facit g et idem c in b et vnitatem facit equale g: per eandem decimātertiam primi: et substracto eo qui fit ex c in vnitatem remanet l. differentia igitur l et g est quod fit ex c in vnitatem: sed ⁊ illud est equale c per idem quod prius. constat igitur propositum de altera parte longiore l. et ita de quibuslibet aliis argumentabere Similiter etiam ostendes differentiam lz ad e esse vnitatem: et differentiam l ad f esse b et m ad g esse c. Nam cum b sola vnitate superet vnitatem: intellecto ergo b in duas vnitates diuiso per decimamquartam primi quod fit ex b in alteram vnitatum equale est ei qui fit ex illa in se: ⁊ illa in alteram. sed



qꝫ fit ex illa vnitate in se est quadratũ e ⁊ vnitas. et qꝫ fit ex illa in alterã itidẽ est vnitas et equalevnitati. constat ergo dziam l: ad e essevnitatẽ. Similiter diuido c in duas partes scz vnitatẽ ⁊ b: et qz per eandẽ decimãquartam primi quod fit ex c in b scz l: equũ est ei qui fit ex b in se q̃ est quadratus f: ⁊ ex b in vnitatem qui est latus b. constat ergo differentiã l ad f esse b: et ita per decimãquartam primi de singulis ostende. constat ergo totum propositum.

¶ Si sumantur ab vnitate numeri altera parte longiores proximis quibusq̃ coniunctis: dimidiis coniunctorum sumptis prouenient omnes quadrati 25

¶ At parte altera lõgioribus figuratis quẽadmodũ in supiori factũ est: dico l: et l altera lõgiorũ simꝫ sumptoꝝ medietatẽ esse quadratũ. Similiꝫ l et m simul sumptoꝝ medietatẽ esse quadratũ ⁊ ita binoꝝ et binorũ ꝓtinue sumptoꝝ quotquot essent: medietatẽ esse tetragonicã. Nam q̃a per secundã partem p̃ceuentis monstratũ est dziam l: minoris ad f esse b: et l maioris ad f etiã esse b: l: et l sunt circũpositi atq̃ equidistãtes f. ergo p secũdã primi f est numeroꝝ l: et l simul sũptorũ medietas. at f cognoscꝫ eẽ quadratũ: ergo de l: et l constat ꝓpositum esse verũ. et cõsimiliter de l ⁊ m cõstabit: qz eoꝝ differentia ad g per p̃ceuentẽ est c latus g: quare per secundã primi concluditur quadratus g esse numeroꝝ l et m simul iunctorum medietatem.



¶ Nullus altera parte longior est quadratus vel cubus. 26

¶ Nã si aliq̃s altera ꝑte longior vt a esset quadratꝰ: per diffinitionẽ eius latera essent equalia. et q̃a esset altera ꝑte longior eius latera sola vnitate distarẽt. si ergo illa dẽtur et sint b maior ⁊ c minor: q̃a etiã a esset quadratꝰ sit eius tetragonicũ latus d. et qz qꝫ fit ex b in c est equale ei q̃ fit ex d in se: ergo p vicesimãsextã secundi b d c sunt cõtinue ꝓportionales qꝫ est ĩpossibile. Nam cum b et c sola vnitate distẽt inter b ⁊ c nullus cadit nũerus medi⁹. sed ꝗ dicat aduersariꝰ d eẽ equale b aut c. cũ ergo b c d cõtinue ꝓportionẽ ꝫ oportet b et c esse equalia qꝫ est cõtra hypothesim. At dicat d esse maiorẽ b ⁊ c. tũc ergo b ad d est ꝓportio minoris nũeri ad maiorẽ: ⁊ d ad c ꝓportio maior ad minorẽ. et ille ponũꝫ eedẽ hoc aũt ĩpossibile. At dicat vltiõ d vtrocq̃ et b ⁊ c esse minorẽ: et tũc ꝓportio b ad d ẽ maior ad minorẽ et d ad c minoris ad maiorẽ: ⁊ ponunꝫ eedẽ hoc itecq̃ ĩpossibile nõ est igiꝫ a altera ꝑte lõgior: quadratus qꝫ est primũ. ostẽdo deinde a altera ꝑte longiorẽ nõ esse cubũ. nã si id possibile ẽ sit a altera ꝑte lõgior cubus ⁊ eius laꝫa sint: maius quidẽ b et minus c et quadratũ b sit d ⁊ quadratũ c sit e: sitq̃ f latus a in eo q̃ cubus: cui⁹ quadratũ sit l:. erit enĩ p corrlariũ quarte huiꝰ vnus medius ꝓportiõalis inꝫ d et l: q̃ sit g. et p idẽ vnus inꝫ e ⁊ l: q̃ sit h: ⁊ p septimã secundi q̃ ꝓportio b ad f ea est d ad g: et g ad l:. et siꝫ q̃ ꝓportio c ad f ea erit e ad h et h ad l:. et qz ex l: in f fit a ⁊ idẽ fit p hypothesim ex b in c: ergo p scdam partẽ vicesimequãte secũdi erit l: ad b sicut c ad f. ⁊ etiã pmutati l: ad c sicut b ad f. erũt igiꝫ inter d ⁊ c cõtinue ꝓportionales g et l: ⁊ siꝫ inter e ⁊ b. itidem duo h et l:. et qz b ⁊ e vel erunt ꝓmẽsurabiles vel cõtra se p̃mi. si ꝓmẽsurabiles cũ b numeret d eius quadratũ: ergo p vicesimãtertiam primi q̃cunq̃ numerus nũerabit b etiã numerabit d. quare d ⁊ e erunt cõmensurabiles. at tũ qz b et c sunt cõtra se p̃mi d et e esse cõmensurabiles p duodecimã tertij est ĩpossibile. si aũt b ⁊ e sint incõmensurabiles p scdam huiꝰ b et e sunt cubi. Siꝫ si c et d essent cõmensurabiles p idem qꝫ prius d et e essent ꝓmensurabiles qꝫ p duodecimã tertij est ĩpossibile. Si aũt c ⁊ d sint incõmẽsurabiles ergo p scdam huiꝰ vtrocq̃ ẽ cub⁹ quare inꝫ b et c erũt duo media ꝓtinue ꝓportiõalia p corrlariũ quarte huiꝰ at nõ mõ duo vel vnũ quidẽ inꝫcidere mediũ vt in p̃ma parte mõstratũ est: est ĩpossibile. cõstat igitur verũ esse ꝓpositũ.



¶ Dato altera parte longiore: alium ab eo altera parte longiorem inuenire cuius ad illum sit proportio que quadrati ad quadratum. 27

¶ Sit a datus nũerus altera ꝑte longior et eius maius latus sit b: minꝰ vero sit c: sitq̃ d duplus ad b ⁊ e duplus ad c: ⁊ quadratꝰ d sit f: et primus sub eo quadratꝰ sit g quo nũerus vnitate mior sit h ⁊ ꝑte altera lõgior inter f et g sit l:. qz enĩ per secundã partẽ vicesimequarte huius dzia f et l: est d: et dzia l: ad g est mũerus eo minor vnitate. ideo dzia l: ad h ẽ equalis d. et cũ dzia d et e sit binarius: qm̃ duplũ dzie b ad c. nã per corrlariũ septime scdi duplatoꝝ: duple sunt dzie. ⁊ cũ ex d in se fiat f et ex d in binariũ qui est dzia eius ad e fiat dzia f ad h: qz fit dzia f ad l: et l: ad h q̃ est dupla ad d: vt p̃ostẽsum est. erit igiꝫ h reliquus nũerus q̃ fit ex d in e. duco igiꝫ g in h q̃ numeri solavnitate distare sunt positi: fiatq̃ l altera ꝑte longior quẽ dico esse: quẽ querim⁹. ducaꝫ enĩ b in h et fiat m: ⁊ c in g ⁊ fiat n. eritq̃ p octauã secũdi ea ꝓportio l ad m q̃ g ad b. et per eandẽ etiã ea ꝓportio n ad a que g ad b. quare ea est ꝓportio l ad m que n ad a. et q̃a ex b in h fit m: et ex c in g fit n: ideo p nonã quinti erit ꝓportio m ad n ꝓposita ex ꝓportionibus b ad c et h ad g. ⁊ q̃a d in se facit f: et d in e facit h erit ꝓportio f ad h q̃ d ad e. quare ⁊ q̃ b ad c: et q̃a ꝓportio f ad g cõposita est ex ꝓportionibus f ad h equali b ad c et h ad g: ergo ꝓportio m ad n equaꝫ ꝓportioni h ad g. et q̃a per corrlariũ quarte huiꝰ inter f et g est vnus ꝓportionalis mediꝰ erit vnus similiꝫ ꝓportionaliꝫ medius inter m et n q̃ sit o. cũ sit ergo o ad n sicut m ad o et n ad a sicut l ad m. ergo per equã ꝓportionalitatẽ indirectã erit l ad o sicut o ad a. capio ergo in ꝓportione l ad o tres numeros in cõtinua ꝓportionalitate mĩmos q̃ sint r q p: manifestũ est r et p esse quadratos: tunc sic q̃ ꝓportio r ad q ea ẽ l ad o: et q̃ q ad p ea est o ad a: ergo p equã ꝓportiõalitatẽ que ꝓportio r ad p quadrati ad quadratũ ea est l ad a altera parte longioris ad altera parte longiorẽ: qꝫ est ꝓpositũ.



¶ Si numeri ab vnitnte ꝓportionales disponãtur tertium ab vnitate quadratũ: atq̃ vno intermisso tertium semper esse quadratũ quartũ vero ab vnitate cubum ⁊ duob⁹ intermissis quartũ semper esse cubum: septimũ autem quadratũ cubicum atq̃ quinq̃ intermissis septimũ semper esse quadratum cubicum est necesse 28

¶ Quadratus cubicus est quadratus q̃ pariter est et cubus. Posita enī vnitate ⁊ b c d e f g h k l m n o p: vel quotquot voles numeris cōtinue ab vnitate, pportionalibus hec statim ex decima ⁊ vndecima huius cognoscit. qr enī vnitas potētia et quadrat⁹ est ⁊ cubus. ideo per decimā huius c erit quadrat⁹ et p vndecimā d erit cubus. ⁊ per eandē decimā e iterum erit quadratus et iterū per decimā: qr e est quadratus g erit quadrat⁹. Sed et qr d est cubus p vndecimā g etiā erit cubus q̃ venit vt liq̃do cōstat septimus ab vnitate: quare septimus ab vnitate quadratus ē cubicus. et ita cōtinue procede similēq̃ offendes demonstrandi modum vbiq̃.



26 ¶ Si numerorū ab vnitate cōtinue, pportionaliū secūdus ab vnitate fuerit quadrat⁹ omnes erunt quadrati. q̃ si idem fuerit cubus: erunt et omnes cubi.

¶ Prima pars pater. nā per p̄missā etiā terti⁹ erit quadratus. ⁊ q̃a secūdus est quadratus p decimā huius tertius ab illo q̃ est quartus etiam est quadratus. et per p̄missam q̃a tertius est quadratus vno intermisso quītus erit quadratus. et ita deinceps quare numerorū ab vnitate cōtinue, pportionalium si secūdus est quadratus oēs erunt quadrati. Scda pars mōstratur. nā si secūdus fuerit cubus: cum quoties vnitas in secūdo toties secūdus in tertio. scdus in se q̃ est cubus producet tertiū: quare p decimam sextā huius tertius erit cubus. et per p̄missam quartus etiā erit cubus. et per vndecimā huius a quolibet illorū assumptus quartus erit cubus. at illis cōtinue sumptis oēs sumentur. constat itaq̃ si secūdus fuerit cubus omnes cubos esse.



30 ¶ Si proximorū altera parte longiorū vnus in aliū ducat: pducet altera pte longior

¶ Sint a et b duo hunc in modū altera parte lōgiores et medius inter eos quadratus sit c cui⁹ latus sit d qd̄ per vicesimā quartā huius erit differētia inter a et c ⁊ inter c et b. sitq̃ a minoris altera parte longioris latus alterū e. eritq̃ d maius e vnitate. ⁊ qr d in se facit c et d in e facit a erit pportio c ad a tanq̃ d ad e. Sit itē vt ex d in f fiat b erit f vnitate maior d. addat itaq̃ e ad a et sit cōpositus g: qr ex d in e fit a ex f in e fiet g: vt facile p decimā primi ostēdatur cū numerus f numerū d solavnitate superet et q̃a f in e facit g et d in e facit a: erit per octauā secundi ea pportio g ad a q̃ est f ad d. scd ⁊ p septimā eiusdē etiā b ad c sicut f ad d: quare ⁊ b ad c sicut g ad a. quare pmutatī b ad g sicut c ad a: ergo p vicesimā quintā secundi qd̄ fit ex b in a datis altera parte lōgioribus equale est ei q̃ fit ex g in c at q̃ fit ex g in c est altera pte longior p diffinitionē: cū g et c sola vnitate differāt. q̃ g sit cōpositus ex a et e ⁊ dria a ab ipso quadrato c sit dria qua q̃dem dria d numerus e additus a in cōpositione sola distat vnitate. cōstat igitur numerū qui pducetur ex b in a esse altera parte longiorē. ⁊ propositum.



31 ¶ Si primi quiq̃ pte altera lōgiores cū duplo quadrati inter eos cōstituti pponant pducet quadrat⁹ cui⁹ radix erit ex minore minoris ⁊ maiore maioris laterib⁹ pstituta

¶ Sint enī a et b duo quicūq̃ proximi altera pte longiores et eorū medius quadratus c. sintq̃ d e latera altera pte lōgioris a: ⁊ e f latera alterius altera pte longioris b. dico q̃ si a b cōponātur cū duplo c totū aggregatū vt g esse quadratū: cuius radix est cōposita ex d et f. nā per vicesimā quartā huius e est dria a ad c et b ad c: ergo p secundā primi cōpositum ex a ⁊ b est duplū ad c. at duplū c cum a b duplo eiusdē erunt eius quadruplū quod q̃dem positū est g. quattuor igit in c pducūt g. at quattuor nūerus est quadratus cum producat ex duobus in se ductis ⁊ sit c positus est quadratus. ergo p decimā quartam p̄sentis et g est quadratus. et cū g quadratus quadrupl⁹ sit ad c quadratū: ergo per tertiā huius pportio lateris g ad latus c erit dupla. at cū e sit radix c et d ⁊ f circūpositi eq̃distent ipsi e. ergo p scdam primi d et f simul sunt duplū e lateris c: quare radix quadrati g est pposita ex d et f: qd̄ est ppositū.



32 ¶ Si duo quilibet proximi quadrati cū duplo medij inter eos altera pte longioris cōiungātur: cōpositus erit quadratus latusq̃ ipsius ex laterib⁹ ipsorū compositū.

¶ Sint a b duo quilibet proximi quadrati et c medius inter eos altera parte lōgior et d e eorū latera dico quadratos a b cū duplo c efficere quadratū vt f cui⁹ latus erit cōpositum ex d e. Nam p vicesimā quartā huius ex d in e fiet c altera parte lōgior inter a et b: quare per nonā primi erunt a et c tanq̃ qd̄ fit ex d in pppositū ex d e: quod q̃dem cōpositum sit g et per eandē c cū b tanq̃ quod fit ex e in pppositum d e id est in g. et p eandē nonā qd̄ ex d et e in g tanq̃ quod fit ex g in se. erit igit quadratū numeri g tūtum q̃tum a ⁊ c ⁊ c: ergo q̃tum a et b ⁊ c bis. fuit enī c bis scz semel cū a et semel cum b sumptū: sed illud quod fiebat ex a et b ⁊ c bis positū est esse f. est igitur f quadratus cuius latus est g. et q̃a g est pposit⁹ vt positum est ex d et e lateribus quadratorū a et b: constat totum propositum.



33 ¶ Si ad duos vsq̃ nūeros vnitate distātes: oēs numeri ab vnitate coaceruētur: q̃ ex coacceruatione proucniet erit nūerus quadratus latusq̃ ipsius coaceruatorū maxim⁹.

¶ Sint nūeri ab vnitate dispositi p duos ordīes vsq̃ ad e ⁊ d duos q̃dē nūeros vnitate distātes p̄mus hoc mō vnitas a, b c d e: ⁊ scdus hoc mō vnitas a b c d: ⁊ sit quadrat⁹ e numerus f. dico quadratū f esse tanq̃ oēs numeri illorū duorū ordinū coaceruati Signo enī oēs quadratos iferiores f q̃ sint dispositi p ordinē f g h k l vnitas. eritq̃ g quadrat⁹ d: et h quadrat⁹ c: ⁊ k quadratus b: et l quadrat⁹ a. ⁊ postea vnitas q̃ est p̄me vnitatis quadrat⁹. Intelligo sit m n o p q medios altera pte lōgiores. et q̃a per vicesimā quartā huius dria f ad m est e: ⁊ dria m ad g est d. ergo p octauā conceptionē dria extremorū f g ē e d. et sit argumēto dria g ad h est d c. et dria h ad k est c b: ⁊ dria k ad l est b a: et dria l ad vnitatē est a et vnitas. addita ergo vnitate ad a et vnitatē: fiet l. et additis b a dria scz l ad k. ad a. ⁊ duplā vnitatē. i. ad l: fiet k. addita insup c b dria k ad h ad b a ⁊ a et duplā vnitatē. i. ad k fiet h: ⁊ simil f addita d c dria h ad g ad c b: b a: a et duas vnitates: hoc est ad h: fiet g. et addita e d dria g ad f ad d c: c b. b a: a et duas vnitates fiet f. per nonam igitur conceptionē constat pppositum demonstratum.





¶ Quicunq; ex numeris ab vnitate bis sumptis coaceruatur: est parte altera longior minusq; laterum ipsius: coaceruatorũ maximus 34

¶ Sint huiusmodi nũeri bino ordine sumpti vnitas a b c d q̃ simul aggregẽtur fiãtq; m: quẽ dico eẽ altera pte longiorẽ: eiusq; minus latus eẽ d. nã per p̃cedentẽ si p̃dictis nũeris addo e fiet quadratus f: cuius dria a medio altera pte lõgiore est e. remoto igit numero e a quadrato f remanet altera pte longior medi⁹ inter f ⁊ proximũ minorẽ quadratũ. Sed q̃ remanet ãmoto e est aggregat⁹ duoꝝ assignatoꝝ ordinũ scz m: igit m est altera pte longior medi⁹ inter f et proximũ minorẽ quadratũ. Sed ille medi⁹ altera pte lõgior fit ex d in e illorũ quadratoꝝ laterib⁹ pervicesimãquartã pãtis d aũt minus est: ergo altera pte lõgioris m min⁹ latus ẽ d. at d ordinũ assignatoꝝ maxim⁹ ẽ nũerus. ꝓstat g̃ tota ꝓpõ firma

¶ Si fuerit nũerus q̃dratus cubic⁹: latus quidẽ q̃drati erit cub⁹ latus ꝫo cubi q̃drat⁹ 35



¶ Sit a nũerus quadrat⁹ cubicus cui⁹ quatenus quadrati latus sit b: quatenus vero cubi latus sit c: dico b esse cubuz et c esse quadratũ. Primũ pz. duco enĩ b in a ⁊ fiat d ppalã est d esse cubũ et a cubus ipm numerat ꝑm b: ergo p correlariũ decimeseptime huius b est cubus q̃d est primũ. Scõm ostẽditur sit e quadratũ c: qz q̃d sub c et e extremis cõtinetur equũ est ei q̃d fit ex b in se. ergo p vicesimãsextam secundi e b c sunt continue proportionales sed e primus est positus quadratus: igitur et c per decimã huius est quadratus: sicq; totum constat propositum.

¶ Si fuerint duo numeri quadrati cubici: medius inter illos in continua proportionalitate erit cubus: duorum vero mediorũ vterq; quadratus. 36



¶ Sint a et b duo quadrati cubici: qz a ⁊ b sunt quadrati p correlariũ quarte huius ẽ inter eos vnus medius ꝓportionalis q̃ sit c. et qz a ⁊ b sunt cubi p idem correlariũ inter eos dẽ sunt duo medij ꝓportionales q̃ sint d ⁊ e. dico ergo c esse cubũ et d ⁊ e esse quadratos. c aũt esse cubũ declarat. nam duco a in b et pueniat f: qz a ⁊ b sunt cubi: f etiã per decimãsextam huius erit cubus et cũ a c ⁊ b sint proportionales: ergo p vicesimãsextam secũdi f cubus fiet ex c in se. quare f est quadratus ipsius c. est igitur f quadrat⁹ cubicus: quare c latus f vt quadrati per p̃cedentẽ est cubus q̃d est primũ. sed d et e esse quadratos hinc liquet: qz b e d sunt cõtinue proportionales et b primus est quadratus. igitur ⁊ tertius d per decimã huius. Item a d et e sunt numeri ꝓportionales et a primus est quadratus igit per eandẽ decimã ⁊ e tertius quadratus. Est igitur tota propositio nota.



¶ Duos q̃dratos cubicos iuenire: int̃ quos nũeri quotlibet medij ꝓportiõalit̃ sumãt̃ 37

¶ Si duos q̃dratos cubicos iubeor iuenire inter quos quotlibet int̃iaceãt medij ꝓportionales sumo nũeros ꝓportionales plres duobus: ipsis medius: quos iubeor iuenire. verbi cã si iubeor iuenire duos quadratos cubicos int̃ quos sint quattuor medij ꝓportionales sumo sex nũeros cõtinue ꝓportiõales vt a b c d e f: quorũ per ordinẽ sumãtur cubi g h k l m n: q̃ per sextã huius sunt etiã ꝓportionales quisquidẽ cubi in se per ordinẽ ducãtur et proueniãt o p q r s t. dico itaq; o et t esse duos tales quadratos cubicos. nã cum g h et ceteri in se ducãtur o p q ⁊ ceteri sunt quadrati: et qz g h ⁊ ceteri eorũ scz latera sunt ꝓportiõales: per quintã huius o p q et ceteri eorũ quadrati sunt ꝓportionales. at cum g et n sint cubi ergo per decimãsextã huius o et t erunt cubi. sunt igitur o et t quadrati cubici inter quos quattuor numeri p q r s sunt medij proportionales: q̃d est propositũ.

¶ Duos q̃dratos cubicos repire: int̃ q̃s medios ꝑm datos nũeros sumẽ sit possibile



¶ Sint dati nũeri a ⁊ b: ꝓpositũq; sit duos quadratos cubicos iuentre: inter quos sint numeri ꝓportionales ꝑm a ⁊ etiã ꝑm b: sitq; a binarius et b ternari⁹. q̃a enĩ ꝓportiones semp sunt vno plures ipsis medius et a est binarius: nõ vt medij inueniãtur ꝑm a oportet tres esse ꝓportiones. et q̃a b est ternari⁹ vt inueniãtur medij scõm b opz quattuor esse ꝓportiones. Duco ergo tria in quattuor et proueniat c et scõm c ordino cõtinue ꝓportiões in nũeris r d e f g h k l m n o p q: quoꝝ q et r p̃cedentẽ ponantur quadrati cubici: et ꝓiũgo quattuor ex illis ꝓportiõib⁹ vt hic scõm quaknos et q̃ternos ordines: ⁊ hẽbo tres medios ꝓportiõales scz n k f p equã ꝓportiõalitatẽ. ⁊ sim̃ ꝓiungo tres ex illis vt hic p quinos ⁊ q̃nos ordines et hẽbo m ⁊ g duos medios ꝓportiõales int̃ q et r quadratos cubicos: q̃d est ꝓpositũ 38

¶ Int̃ q̃slibet duos supficiales sil̃es: tertiũ in ꝓtinua ꝓportiõalitate medij cẽ ncẽ est



¶ Nam quia cuiuslibet illoꝝ pariter imparum medietas est impar/et sunt in numero impari:igitur per quintam huius illoꝝ medietates coaceruate ꝓstituũt numerum imparem. ꝓpositi igit̃ medietas est impar.ergo per tricesimãtertiam huius:compositus est pariter impar.quod intenditur



45 ¶ Si diuersi pariter pares q̃libet supra binarium sibi coaceruẽtur:ex ipis cõstitutus erit imparitter par.

¶ Sint a/b/c/d quotlibet nũeri parit̃ pares supra binarium ⁊ d maximus:sitq̃ e duplus ad d:sitq̃ f ꝓpositus ex a/b/c/d.dico f cẽ imparitter parem.nam q̃a a b c d sunt pares: p primam huius f est par. et qꝛ sunt a b c d pariter pares supra binarium:eoꝝ medietates sunt numeri pares.addite ergo simul per primam huius ꝓstituũt parem.et qꝛ p tricesimãscdam huius a/b c d simul aggregati minus sunt ꝗ e:ergo f est minoꝛ e.at e est pmus pariter par post d:igitur f non est pariter par.et cum eius medietas sit par:ergo per tricesimãseptimam huius:est imparitter par.quod est propositum.

46 ¶ Pariter impares ꝓm datũ nũerum parem inuenire:qui ꝓiũcti faciãt parit̃ parem.

¶ Sit primo a nũerus par ꝓm quem iubemur parit̃ impares tales qui ꝓponũtur inuenire:q̃ ⁊ idem a sit pariter par.quot ergo sunt vnitates in a:tot ꝓtinuo pariter impares ab vnitate quoꝝ medietas sit b c:sitq̃ d ꝓximus ascẽdendo pariter par.et si inter c ⁊ d sit itez aliq̃s pariter impar:circa d hinc ⁊ inde sumo pariter impares ꝓm dimidium a:itavt oẽs sint sumpti ꝓm numerum a. sintq̃ inferiores:c g/et superiores e f.quia enĩ d est par/⁊ nõ est parit̃ impar:per tricesimãquãtam huius ꝓximi pares hic ⁊ inde g ⁊ e sunt pariter impares.quare ⁊ g c equalit̃ distant a nũero d.et qꝛ similiter p eãdem vno pari inꝓposito post e scq̃tur f:⁊ vno interposito post g seq̃tur c.etiã equidistabũt hic ⁊ inde c ⁊ f ab numero d.ergo p scdam pmi g ⁊ e simul sunt duplum pariter paris d.quare p vicesimãnonam huius g ⁊ e simul sunt pariter par.et p eãdem scdam primi c ⁊ f simul:sunt duplum d eiusdez pariter paris.sunt igitur pariter impares simul sumpti ꝓm numerum a scz g/e/⁊ c f quadruplum d:⁊ duplũ duplo ad d.quare perviceſimãnonam huius c/g/e/f simul sunt parit̃ par siue sunt tm̃ ꝗtum qd̃ fit ex a pariter pare:in d pariter parem.quare p tricesimam huius:q̃ inde ꝓducitur est pariter par.quod itez est propositum: quo ad hoc.At si a non sit pariter par:capio quẽcunq̃ numerum pariter parem vt a alterũ:quivltro/citroq̃ hẽat pariter impares:vt b/c/d/e.et sumo duplum a:q̃ sit g.qui etiã per vicesimãnonam huius est pariter par.sintq̃ f/h sui circũpositi pariter impares.deinde capio l duplũ g: qui etiam est pariter par.⁊ k/m circũpositos pariter impares.similiter capio o duplum l ⁊ circũpositos pariter impares n/p et hoc toties eoq̃ vsq̃ fiat quousq̃ habeamus pariter impares acceptos ꝓm numerum datum a:quos quia hic totiẽ accepi dico numerum ex b/c/d/e/f/h/k ⁊ ceteris sumptis pariter imparibus:ꝓpositũ esse pariter parem.et sit q pariter par acceptus duplus ad o.quia enĩ per scdam primi c d simul:sunt ꝗtum g duplum a.et etiam per eãdem b e:ꝗtum g duplum a.igitur c/d/⁊ b/e simul:ꝗtum l duplũ g. sed per eandem scdam primi f h ꝗtum l duplum g.ergo b/c/d/e/f/h:ꝗtum o duplum l.sed k m:ꝗtum o duplum l p eãdem scdam.igitur b/c d e f h k m:ꝗtum q duplum o.sed ⁊ per eãdem scdam n p ꝗtum q duplum o.igitur b/c d e f h k m n p simul:ꝗtum duplum q.qui perviceſimãnonam huius est pariter par.sicq̃ constat propositum.





m——64
l——34
h——32
k——30
g——18
e——16
f——14
a——6
d——10
b——8
c——6

¶ Scōm datum parem: pariter impares sumere: q̄ impariter parem ꝓiuncti ꝓstituāt. 47

¶ Sit a datus numerus par fm quē iubear sumere numeros pariter impares: qui ꝓiuncti ꝓstituant numerum impariter parem. sumo b/e h/ ꝓtinue numeros pariter pares post binarium fm medietatē nūeri a circa quos sint c d f g k l circūpositi pariter impares. dico c d f g l: l parīt impares fm nūerū a sumptos: simul iunctos ꝓstituere numerum ipariter parem. et sit m duplum h qui etiā p vicesimam nonam hui⁹ est pariter par. quia enī per secūdam p̄mi c d simul sunt tm̄ q̄tum e duplum b: et p eandē f g q̄tum h. et l: l q̄tū m. erūt c d f g l: l sit q̄tum tres pariter pares c h m ꝓtinue sumpti post binariū. at e h m simul p quadragesimam quintā huius ꝓstituūt impariter parem: igitur et c d f g l: l simul. qō est propositum.

¶ Impariter pares quotlibet reperire: qui cocceruati faciant pariter parem. 48

¶ Sit p̄mo a nūerus datus par fm quē ꝓpositū est impariter pares repire: qui coaceruati ꝓstituant pariter parem: inuenio p q̄dragesimāsextam hui⁹ totidem parīt impares q̄ coaceruati ꝓstituāt nūerū pariter parem: qui sint b c d e. et duco aliquē pariter parem in quēlibet eoꝝ: ⁊ ꝓueniāt f g h l: totidem qui p tricesimāoctauā huius erūt parīt pares. at p nonam p̄mi idē est qō fit ex illo parīt pare in b c d e: et in ꝓpositum ex b c d e. at cōpositum ex b c d e per hypothesim est pariter par: ergo p tricesimam huius quod fit ex pariter pare in b c d e est pariter par. illud aūt est cōpositū ex impariter paribus f g h l: fm datum nūerū inuētis. est igitur effectū qō ꝓponebat quo ad hoc. ¶ Sit secūdo vt a sit impar scōm quem ꝓpositum sit reperire impariter pares qui cōstituūt pariter parem sumo per immediate mōstratū impariter pares scōm parem minorem vno a: qui aggregati ꝓstituāt pariter parem: sintq̄ b c. sitq̄ d pariter par ex b c coaceruatus. sumo f tertiū pariter parem ab ipo: e quidē medio parīt pare inꝓposito. et qꝝ differētia f ad d cōstat ex differētia d ad e q̄ est d pariter par ⁊ differētia e ad f que est e pariter par: cum sp sequens sit p̄cedētis duplus. ergo p quadragesimam quītam huius dēia f ad d est impariter par. sit ergo dēia illa g. dico ergo b c g eē impariter pares qui petūtur. nam b c simul sunt d quibus additus impariter par g tm̄ facit sicut f. nam erat differētia d ad f. at ꝓo f est nūerus pariter par. constat ergo totum propositum demōstratum.

a——3
f——128
e——64
d——32
g——96
c——20
b——12

¶ Ex dato nūero: imparīt pares ex quibus ꝓiūctis impariter par efficiat̄ inuestigare 49

m——104
l——72
k——56
h——40
g——26
e——22 a——4
d——18
c——14
b——10
f——4

¶ Sit p̄mo datus nūerus par qui sit a scōm quem iubemur impariter pares inuestigare: qui ꝓiūcti ꝓstituāt impariter parem. inuenio totidem pariter impares p quadragesimāsextam hui⁹ qui cōiūcti ꝓstituāt pariter parem: sintq̄ b c d e. capio g ꝓxīm pariter imparē post e. qui qꝝ solo quadrario distat ab e: manifestū est b c d g simul plus eē pariter pare b c d e simul ⁊ minus duplo b c d e simul. quare p vicesimānonam huius: aggregatus ex pariter imparibus b c d g nō est pariter par. et cū p primā hui⁹ sit par: idem erit a diuisiōe aut pariter impar aut impariter par. duco ergo f nūerum quēcunq̄ parīt parem in b c d g: ⁊ ꝓueniāt h l: l m: totidē quot vnitates in a: qui p tricesimāoctauam huius sunt impariter pares. at aggregatum ex h l: l m tm̄ est q̄tum qō fit ex f in b c d g simul p nonam primi. at si b c d g simul sunt pariter impar: p tricesimāoctauam huius: aggregatus ex h l: l m erit impariter par. et si b c d g sit impariter par: idem accidet p quadragesimāprimā huius: licq̄ sp habebitur ꝓpositū. At ꝓo si a sit numerus impar: sumo totidem pariter impares: qui aggregati p quadragesimāquartā huius erunt parīt impar. quos multiplico per quēlibet pariter parem: ⁊ ꝓueniēt totidem impariter pares p tricesimāoctauam huius. et qꝝ ipi impariter pares simul tm̄ sunt q̄tum quod fit ex illo parīt pare in aggregatum ex pariter imparibus qui monstratus est pariter impar. ergo per tricesimānonā erit aggregatus ex impariter paribus impariter par. quod est propositum.

¶ Quotlibet impariter pares: ⁊ pariter pares sup binarium: sil' iuncti: pariter parem vel impariter parem component. 50

¶ Nam oīm medietates pares sunt. at ipe simul: ꝓpositi medietatem ꝓstituūt: ergo p primam huius compositi medietas est par. non est igitur compositus pariter impar. a diuisione ergo aut est pariter par/ aut impariter par. quod intendebatur.

f——128
e——64
d——32
c——20
b——12 a——2

¶ Pariter pares ⁊ ipariter pares q̄tlibet inuestigare: q̄ ꝓiūcti parīt parem cōstituāt. 51

¶ Sit a numerus datus scōm quē debemus aggregare pariter pares ⁊ impariter pares qui ꝓstituāt parīt parem. capio totidē imparīt pares qui p quadragesimāoctauā huius simul cōgregati cōstituāt pariter parem: sintq̄ b ⁊ c. et sit parīt par quē ꝓstituūt d. capio totidem ꝓtinue parīt pares supra d q̄ sint e ⁊ f: certū est e esse duplum d et f duplum e. dico ergo impariter pares b c/ ⁊ totidē pariter pares d ⁊ e simul ꝓstituere pariter parem. Nam qꝝ b c simul ꝓstituūt d: ergo b c ⁊ d simul ꝓstituūt e duplū d sed et per idem b c d et e simul cōstituent f duplum e. at f est pariter par: igitur totidem pariter pares et totidem impariter pares quota ꝓstituūt pariter parem. quod est propositum.

b——3 f——128
2008
l
4 96 1004
a e h
20 502
d h
12 256
c g

¶ Scōm datū numerum pariter pares reperire: qui cū quotlibet impariter paribus numerum impariter parem constituant. 52

¶ Sit datus nūerus a: scōz quē iubeamur reperire pariter pares: qui cū quotlibet imparīt paribus vt sumptis scōm b ꝓstituant numerum impariter parem. sumo p̄mo p quadragesimāoctauam huius impariter pares scōm b qui sit ꝓstituāt pariter parem: sintq̄ c d e ⁊ ꝓstituant f pariter parem. ⁊ sumo pariter pares post f scōm a nūerum datū q̄ sint g h l: l quos dico cū impariter paribus c d e ꝓstituere impariter parem. nam qꝝ c d e ꝓstituūt f: ergo c d e ⁊ f ꝓstituūt g duplū f. et c d e f ⁊ g nūerum h duplū g. ergo c d e ⁊ g plus ꝓstituūt q̄ duplum f: ⁊ minus q̄ duplū g. et ita argumētabere ꝓsequēter c d e et h

plus ꝓstituere q̃ duplũ g ⁊ minus duplo h. et similiꝑ c d e g ⁊ l: plus ꝓstituere duplo h et minus duplo l: sicq; deinceps. quare c/d e g h l: l simul p vicesimãnonam huius non ꝓstituẽt pariter parem. ergo p quinquagesimam huius c d e g h l: l simul ꝓstituũt impariter parem. quod est propositum.

53 ¶ Omnis numerus primus: est diminutus.

¶ Nam oĩs numerus solam partem habet vnitatem: que vt certum est minus eo ꝓstituit. est igiꝑ oĩs talis per diffinitionem diminutus. quod est propositum.

54 ¶ Quilibet pariter par: diminutus esse ꝓbatur.

¶ Nam per vicesimãnonam huius oĩs talis est de duplis ab vnitate sumptis: quẽ p vicesimãsextam quarti nullus nũerabit nisi aliq̃s in illo ordine sumptus. at p tricesimãsecũdam huius oẽs in illo ordĩe sit aggregati p̃cedẽtes min⁹ illo ꝓficiũt. cõstat igiꝑ p diffinitiõem illũ esse diminutum. qõ est ꝓpositũ.



55 ¶ Oĩs quem numerat numerus aut abundans aut perfectus: vt abundet necesse est.

¶ Sit a nũerus pfectus aut abũdans: habẽs tres ꝑtes b c d easdẽq; scõdam/tertiã/⁊ sextam: ducaꝑq; a in quẽcunq; numerum vt in c ⁊ pueniat e. erũt ꝓsiles tres ꝑtes q̃ sint f g h. eedẽq; scõda tertia sexta. quia q̃ ꝓportio b ad a ea est f ad e: ergo pmutatim b ad f vt a ad e. Itẽ c ad a vt g ad e: ergo pmutatim c ad g vt a ad e. Itẽ d ad a vt h ad e: ergo ⁊ pmutatim d ad h vt a ad e. erunt ergo tres numeri b c d ad totidem f g h in eadẽ ꝓportiõe vt que est a ad e. ergo p vicesimam secũdi b c d simul ad f g h simul sũt in eadem ꝓportiõe q̃ a ad e. tunc sic. b c d simul ad f g h simul vt a ad e: ergo pmutatim b c d simul ad a vt f g h simul ad e. ergo si b c d simul abũdat sup a: et f g h siꝑ abũdabit sup e. et si b c d ꝓiũcte pficiunt a: itidem ⁊ f g h ꝓiũcte pficiẽt e. at si f g h ꝓiũcte pficiũt e: cum e p ꝓceptiõem habeat aliam partem ab ipso denoĩatam que est vnitas: ea sicdẽ ꝑdict⁄ adiuncta facit totum abũdare sup e. erit igiꝑ quicũq; talis quem numerat aut abundans aut pfectus: abundans. quod est propositum.

56 ¶ Quicunq; perfectum numerat: est diminutus.

¶ Nam si is qui numerat pfectũ diminutus non sit: a diuisione erit aut pfectus aut abũdans: qui si est pfectus aut abũdans p ꝑceedentem ille quẽcunq; nũerat est abũdans at ponitur pfectus. non est igitur perfectus aut abũdans. relinquiꝑ igiꝑ quẽadmodum ꝓponitur eẽ diminutus. qõ est ꝓpositũ.

57 ¶ Numerum imparem abundantem inuenire: cuius sumptaꝝ partiũ maxia: a posito impare denominetur.

¶ Hec videtur supponere aliquem imparem eẽ abundãtem: qõ ⁊ verum est. Sit ergo a impar posit⁹ qui maxiam partium sumptaꝝ imparis abundãtis denoĩare debet et b quicunq; imparium abũdans qui si sit minor a: duco ipm in aliquẽ imparem donec eueniat impar maior a qui p quinquagesimam quãtam hui⁹ erit abũdãs. si aũt sit maior a: non quero aliũ. et ita sit in ꝓposito. deĩde sumo impares denoĩantes quotquot volo supra a: ita vt a sit denoĩatiuũ minus. alioquin ꝓxitatem ꝓpositio hꝗ nõ posset: sintq; c d e et duco a in c ⁊ pueniet impar p vndecimam huius ⁊ d in ꝓductum: ⁊ e in vltimum ꝓductum: et ille vltimus ꝓductus p vicesimãtertiam primi hẽbit ꝑtes denoĩatas ab a c d e. deiñ duco in ipm totum: b. sitq; ꝓductus f qui pvndecimam huius erit impar: sed et p quinquagesimãquintam huius erit abũdans. q̃a b est abundans ⁊ habet ꝑtes denoĩatas p vicesimãtertiam pmi ab a c d e ⁊ b. et q̃a ptiũ assumptaꝝ ꝑs denoĩata ab a habet minorem denoĩationem: q: positus est a oĩm denoĩans minimus per ꝓceptiõem ꝑs denoĩata ab a est oĩm sumptaꝝ scz scõm a c d e: ⁊ b maxia. qõ est ꝓpositũ.



58 ¶ Si aliq̃s in nũerũ primum ductus pfectũ numerum ꝓduxerit idem in eo minorem et se non numerantem ductus: ꝓducet numerum abundantem.

¶ Sit b numerus p̃mus: ⁊ a ductus in b ꝓducat c q̃ sit nũerus pfectus: sitq; d minor b nec numeret a et ducatur itez a in d ⁊ pueniat e. dico e esse numerum abundãtem. nullus enĩ in alium ductus nũerabit c: quoꝝ alter non numeret a. vt si f in g ꝓducat c: intelligo f primum/a scõm/b tertium/⁊ g quartũ per vicesimãquintam secũdi f ad a vt b ad g. sed ⁊ per quartã tertij b numerat alteꝝ. at cum b maior sit a/et g maior f vt supponiꝑ: b nũerabit g. q̃re ⁊ f nũerabit a. ꝓstat q̃ q̃ nullus in aliũ ductus nũerabit c quoꝝ alter non numeret a. et ideo si a eẽt primus non haberet c nisi a ⁊ b ⁊ vnitatem ꝑtes suas: et a ⁊ b vnitate distarent. at nulli sunt primi vnitate distãtes nisi binarius ⁊ ternarius: cũ oportеat alterũ eoꝝ esse parem/⁊ alteꝝ imparem: et oĩs alius par a binario/sit compositus. quicũq; igiꝑ sumeretur sub b non habebit ꝑtes q̃ nisi e f ⁊ vnitatem. at ꝓductus ex illis toties habet in se maiorẽ e quoties vnitas est in f. at vnitas ⁊ f simul minus faciũt q̃ e aliq̃ties sumptus: ergo f ⁊ e ⁊ vnitas non ꝓstituũt pfectũ. erit ergo a ꝓpositus. sint ergo eius partes f ⁊ g: que p vicesimãtertiam primi numerabunt c. numerẽt ergo ipm scõm h ⁊ l: et eedem partes p idem etiã numerabunt e: sitq; scõm l ⁊ m. eritq; per septimam secundi ter repetitam c ad b h k: sicut e ad d l m. cum ergo c supet b ⁊ h in numeris a f g: supabit etiã e numeros d l: sitq; id in numero n. quẽ dico eẽ minus q̃ a f g. qõ sic ostenditur. qz c ad b h: sicut e ad d l. ergo vt c ad e totus ad totum: et b h ad d l detractus ad detractum. ergo residuus a f g: ad n residuum vt c totus ad e totum. at c maior est e: igitur ⁊ a f g maior n. igitur a f g partes itidem e addite ad d l: plus faciunt q̃ e. est igitur e numerus abundans. quod erat demõstrandum.



59 ¶ Si numerus in alium ductus perfectum vel abundantem ꝓduxerit: in quẽlibet ab eo numeratum ductus abundantem ꝓducet.



¶Sit a quicũq; numerus qui in alium ductus vt b ꝓducat c numerum pfectum aut abundãtem: ⁊ b numeret d. dico q; a ductus in d ꝓducit nũerum abũdantem. nam quia p septimam secũdi q̃ ꝓportio b ad d ea est c ad e: sed b per hypothesim nũerat d: igitur ⁊ c numerabit e. c aũt positus est pfectus aut abundans. igitur p quinquagesimã quintam huius ⁊ e abundabit. quod est propositum

¶Cum dispositi fuerint ab vnitate nũeri pariter pares qui ꝓiũcti fecerint numerum primum: extremus in illum ductus ꝓducet numerum perfectum. 60



¶Sit vnitas: ⁊ a b c d ꝓtinue dupli: qui p vicesimã nonam huius erunt pariter pares: ⁊ coaceruatus ex eis et vnitate sit e qui ponat esse primus et d extremus parium ducat in e oĩm aggregatum ⁊ pueniat f. dico f eẽ numerum pfectum. manifestum est enĩ per vicesimã tertiam p̃mi a/b c d duplos sũptos oẽs numerare f. sitq; id scõm e/g h k vt scz d numeret f scõm e: c scõm g: b scõm h: et a scõm k. quoties ergo vnitas in d toties e in f: et quoties vnitas in c toties g in f. quare ⁊ adiuuãte vicesima secũda scõi ⁊ equa ꝓportiõalitate quoties a in d toties g in f: et p idem quoties b in d toties h in f. et quoties c in d toties k in f. Hinc tote ptes sunt e/g h k ad f: q̃te vnitas a b c ad d. sed p tricesimã secũdam hui⁹ vnitas et a b et c simul min⁹ sunt vnitate q̃ sit d. quedã vnitas est ps d denoĩata per conceptiõem ab d. ergo e g h k simul minus facũt f vna eius pte denoĩata a numero d. pars aũt f denoĩata a numero d: est e. sunt igitur e g h k simul minus f in numero e. at vnitas a b c et d sunt tanq̃ e: igitur e g h k vnitas a b c d simul tũ sunt sicut f. si aũt f plures partes non habeat: constat p diffinitiõem ipm f numerum esse perfectum. sed q; nullam aliam habeat declaratur. nam si hoc sit possibile numeret ergo m: numerum f scõm n. qz enĩ e est p̃mus qui nũerat f: numerabit ergo per quartam tertij m aut n. quare p vicesimã quintam secũdi reliquus eoꝝ numerabit d. et cũ a secũdus ab vnitate sit numerus p̃mus: ergo p vicesimã sextam quarti quicũq; nũerat d est aliqs in ordine precedentium: vt c b a. at si sit c nũerat f scõm g/ et si b scõm h/ et si a scõm k partes scz prepositas et vt dictum est. constat ergo nullum alium a p̃dictis nũerare f. quare p̃dicti sunt oẽs sue partes. et ipsi simul mõstrati sunt ipm complere atq; pficere. constat ergo diffinitionem numeri perfecti ei ꝓgruere: ipmq; existere perfectum. quod est ꝓpositum.

¶Septimi elementorum Arithmetices Jordani finis.

Ordine numerorum ex vnitatũ dispositiõe ꝓpendũtur. ¶Est aũt dispositio
f prima in longum tũ: altera in longum ⁊ latum: tertia ꝯo in lõgum/latum/ ⁊ altum. ¶Cuius vnitatum dispositio in longum tũ est: linearis numerus dicitur. ¶In latum disponũtur supficiales linearibus vndiq; ꝓclusi: quoꝝ vnitates directe ⁊ ad se ⁊ ad alias equales habent distantias. Ꝯ fit dupliciter scz vt vt vnitates vnitatibus directe adaptẽtur: vel eaꝝ intuallis opponãtur: ita vt singlꝝ ordinum termini in lateribus reliquis excipiãtur. ¶In altum ꝯo dispositio solidorũ est: coaptatis insimul supficialibus: ex quoꝝ lateribus directe sibi appositis solidorũ supficies erecte constituũtur. ¶Numerorum in superficie dispositorum: quidam sunt triangulares tria habentes latera: alij quadrilateri: alij pẽtagoni: alij plurũ laterum. ¶Quadrilaterorũ aũt quidam latera opposita habẽt equidistãtia: quidam minime. ¶Numerorum autem quoꝝ latera opposita sunt equidistãtia: alij oĩa latera habent equalia ⁊ tetragoni dicũtur. alij siquidẽ latera habent vnitate distantia ⁊ parte altera longiores vocãtur: aut amplius ⁊ dicũtur aníl̃ogiores. ¶Numeroꝝ in altũ ꝓpositoꝝ diuersas esse bases cõtingit: quorũdã triangulas/atq; quadrãgulas: et ita de ceteris. ¶Horum oĩm quidam habent latera simul applicata: ⁊ dicũtur pyramides. quidam habent latera: que etsi insimul tendãt: non tũ ꝓueniũt: et curte pyramides appellant. quidam habent latera equidistãtia ⁊ equaliter erecta: qui supiorem ⁊ inferiorem supficiem habent similes. Istorũ quicũq; habent basim triangulam: serratiles vocant: q̃ quadrangulam ⁊ ipsi in longum/latum/ ⁊ altum equaliter distẽduntur: cubi dicũtur. quicunq; ꝯo bases habuerint pentagonas hexagonas siue plurium laterum: ⁊ latera equidistantia erecta: colũne nominentur.

¶Omis numerus triangularis: tria habet latera equalia. Etĩ manifestum est quẽlibet 1
triangularem ex numeris ab vnitate ordine cõtinuo dispositis: esse compositum: atq; latus trianguli esse serici numerum.



¶Sint a b c vnitates basis trianguli: a b ꝓxĩe: et a c extremitates. dico ergo q; in secũdo ordĩe cuius extremitates sunt d e: erunt pauciores vnitates. nam si totidem fuerint in ordinibus a c ⁊ d e: latera a d ⁊ c e erunt eqdistãtia. qm̃ vnitates in vtroq; ordine equalĩ distant: sicq; non cõcludent triangulum. pauciores ergo erunt in ordine d e. et qm̃ q̃tum distat a ab b tũ distat a ab d ⁊ c ab e: si ergo ponitur f tota ab c quota d ab e: distabit f ab d q̃tum c ab e. et ideo q̃tum a ab d. si ergo f non fuerit ꝓrima post a sed fuerit b vnitas media: cũ distent a ab d q̃tum a ab b: erit longitudo inter a ⁊ f q̃ta inter a ⁊ d et inter f ⁊ d vt amplius: sicq; vnitates et ad seinuicem et ad alias non equales seruabũt distãtias. quod est impossibile. Ordo ergo d e minor est ordine a c vnitate. et eadem rõne sp ordo sequens minor vno

q̃ precedẽs donec extremũ sit vnitas. et qz ideo totidem erunt ordines quot in base sunt vnitates: pz retroagendo vnitatẽ esse primũ potentia triangulũ cui due adiuncte secundũ claudunt triangulum: cui secundo tres addite facient tertiũ: qz semper est vnitate maior precedẽti. et ita cõsequenter scõm naturalem numerorũ progressum sicq; propositio ⁊ correlariũ nota sunt.

2 ¶ Si a quolibet triangulari numero latus suum detrahatur: relinquetur triangulus ipsi descendendo proximus.

¶ Triãgulus triãgulo descendẽdo proximus: est cuius latus latere alterius est vnitate minus. a triãgulo ergo a b substracto latere a b: dico q̃ relinquit triãgulus ipsi triãgulo a b descẽdendo proximus nã qz triãgulus a per p̃cedentẽ habet tria latera equalia: et sequẽtia sola vnitate vincentia. substracto ergo latere a b erũt reliqua latera vno cõtractiora. sz ⁊ qz vnitatũ ordines fm vnitatẽ semp decrescũt pz per correlariũ precedẽtis residuũ esse triãgularẽ. ⁊ qm̃ latus eius vnitate vinci a latere triãguli a b cognitũ est: patet relictũ triãgularem esse proximũ descẽdendo triãgulo a b: qd̃ est propositũ.



3 ¶ Omnis triangularis duplicatus: parte altera longiorem efficit.

¶ Sumãtur a et b duo triãgulares equales: adiiciaq̃ lateri c trianguli a d extrema vnitas triãguli b. itidẽ lateri f triãguli b adiciaq̃ e extrema vnitas triãguli a: fientq; duo latera vnitate quotlibet latus a triãgulorq; a et b superãtia. et si addis aptasq; hoc pacto medios ordines vnius mediis ordinib̃ alterius: fient per tertiam primi cõpositi ordines sibi mutuo et extremis ordinibus e f et c d equales. verbi cã vt si ordinẽ sequentẽ latus c addis adaptasq; ordini sequenti vnitatẽ d. qz enĩ per correlariũ prime huius ordo sequens latus c tantũ distat ab c q̃tum ordo sequens vnitatẽ d distat ab d. ergo per tertiã primi illi simul iuncti equãtur ordini c d. et ita de aliis mediis ordinib̃ si qui medij relicti sunt tunc ergo cõpletus erit quadrãgulus cuius latera opposita erunt equalia ⁊ ob hoc equidistãtia. vt qz latus e f equale esse mõstratũ est lateri c d et mediis: ergo vnitates lateris b d equidistabũt vnitatib̃ lateris a e. ⁊ similiter qz latus b d equatur lateri e a. nã sunt latera triangulorq; equalium et mediis ordinibus: latus e f equidistabit lateri c d. ⁊ qz latera b d et e a opposita ⁊ equidistãtia sunt latera triangulorũ assignatorq;: ⁊ duo reliqua e f ⁊ c d similiter opposita ⁊ equidistãtia quorum quodlibet reliquo aliorũ vnitate sunt maiora. patet p diffinitionẽ totã figurã a b d e ex duobus equalibus triãgularib̃ cõstitutam (quare ⁊ ex triãgulari vno duplicato) esse altera pate longiorẽ: quod est propositũ.



4 ¶ Cuiuslibet altera parte longioris: medietas est triangularis.

¶ Hec est cõuersa precedẽtis. Sit altera parte longior quicunq; a b e ⁊ vnum eius longius latus a b. dico eius medietatẽ esse triangularẽ. de latere enim longiori a b detraho vnitatẽ a et de c secundo ordine duas: de d tertio tres: de e quarto quattuor. ⁊ si plures sunt tot cõsequenter auferã quotus ordo ille fuerit ab vnitate: per correlariũ prime huius totus detractus vt a e f est triangularis. et per idem qz continue minus vno relinquebat̃ vsq; ad vnitatem: relictus est triãgularis. sed et qz detracti latus e f equatur residui lateri g b. nam latus g e superabat latus g b vna vnitate: sed ⁊ g e superat latus f e vna vnitate. equantur igitur g b et f e: quare ⁊ reliqua vnius reliquis alterius cum per primã huius omnis triãgularis sit equilat̃ ⁊ totus trigonus a e f toti trigono a b g equalis. est igitur datus altera parte longior in duas medietates diuisus quarq; quelibet est triãgularis: quod est propositũ.



5 ¶ Quilibet duo triangulares proximi: tetragonum constituunt

¶ Sit vt in precedẽti a b g e quicunq; altera parte longior qui per eandem diuidatur in b g h et e a f duos triãgulos equales. erit vt a e sit latus triãguli e a f et latus b a altera pte longioris ⁊ suũ oppositũ se g maius latere a e ⁊ sequẽtibus ordinib̃ vnitate Ammoto ergo latere a e remanebit b h equale lateri h l: l g et g b. ⁊ ideo quatuor illa latera adinuicẽ distantia: quod ergo per diffinitionẽ relictum est: est tetragonus. sed ⁊ ammoto latere a e ab trigono a e f per secundã huius relinquit̃ triangularis triãgulari a e f proximus: quare ⁊ triangulari h b g sibi equali proximus. constat ergo tetragonus h l g b ex duobus proximis triãgularibus: quod est propositũ. ¶ Potest quoq; et id esse notum quod tricesimoquinto capitulo sue Arithmetices diuus affert Seuerinus omnẽ tetragonũ si ei proprium latus adiiciatur aut ab eo detrahatur altera parte longiorem fieri. Nam cum tetragonus omnis vnpozro si latus vnum a quopiam detrahatur: relinquẽtur latera vnitate distãtia: quare vtrobiq; facti erunt altera parte longiores. Quo fit iterũ vt proximi quiq; altera parte lõgiores a medio tetragono equali differentia distent. Nam equali latere substracto ⁊ addito.



6 ¶ Latere pposito numeri triãgularis summã inuenire. Unde manifestũ est si datus sit numerus impar summã triangularis prouenire si paris proxime maioris subduplum in ipsum imparẽ ducatur. et si numerus sit par: summa triangularis prouenie si paris medietas in imparem ducatur proxime maiorem.



¶ Sit a datũ latus cuiuslibet numeri triãgularis cuius summa querit̃: duco a in b proximũ numerũ maiorẽ ⁊ per diffinitionẽ proueniet altera parte longior cuius b maius latus erit vnitate maius a mi

nore latere ⁊ latere triãguli cuius summa petit. per quartã ergo huius summa triãguli petiti est medietas altera parte longiozis inuenti: sicq; constat ꝓpositum. ¶ Correlariũ ex demõstratione conclusionis adiuuãte decima primi notũ est. et hec cũ correlario suo praxim ꝓgressionis demõstrat.

¶ Omne perfectum est trinum. i. numerus perfectus est trigonus,

¶ Ternarius totus est religione sacer et a Pythagoricis Magis et Sacerdotib⁹ olim in arcanis mirum in modum veneratus. et Aristoteles Pythagoricoꝝ symbolis insistens corporeã magnitudinẽ ipsumq; vniuersum perfectũ astruit q; ipsum trinũ sit. ꝛmo vero trinũ est: qꝛ ipsum perfectũ est qõ prio Pythagoras cõperit in numeris: numerorũq; mysteriis. hic ergo suscipit demonstrãdum omnẽ numerum perfectũ esse trigonum. Nam per tricesimã secundam septimi quotcunq; nũeri pariter pares cõnumerata vnitate coaceruati efficiunt numerũ proximo sequente pariter pare: vnitate minorẽ qui quidem proxime sequens pariter par per vicesimãnonam septimi est coaceruatorũ maximi duplus: quare totus coaceruatus est impar. at per sexagesimã septimi oĩs numerus perfectus gignitur ex coaceruatione vnitatis et pariter pariũ quoties coaceruat⁹ est primus qui vt dictũ est p vicesimãnonã septimi sola vnitate distat a proximo pariter pari: qui ad aggregatoꝝ maximũ duplus est. ergo maximus aggregatorũ subduplus paris numerũ aggregatoꝝ imparẽ proxime sequẽtis: in ipsum imparẽ ductus: per primã partem correlarij precedẽtis cõstituit numerũ triangularẽ. est igitur oĩs numerus perfectus triãgularis atq; trigonus: qõ est propositũ. Et eius latus p precedẽtem ⁊ correlariũ prime huius erit ille impar ex omnibus coaceruatus.

¶ Omnis numerus par media sui parte multiplicatus tanto minorẽ summã ꝓducit q̃ omnes summe que in ipso sunt coaceruate: q̃tum sua ipsius medietas.

¶ Hec ex analyticis numerorũ deprõpta est. et ex secũda parte correlarij superioris cõclusionis adiuuãte nona primi ⁊ cõi dignitate: vnitatẽ in quẽcunq; numerũ ductã: ipsum ꝓducere: statũ cognita esse põt.



1	3	6	10	15	21	28	36
1	2	3	4	5	6	7	8

¶ Si sumantur triangulares ab vnitate: duos primos impares et sequẽtes duos pares atq; ita vicissim duos et duos impares atq; pares inueniri necesse est. 7

¶ Quia enĩ per correlariũ prime huiꝰ triãgulares creãtur ex nũeris ordine cõtinuo ab vnitate dispositis et vnitas ꝑmus est potẽtia triãgularis ⁊ potẽtia impar. addita igit̃ numero sequẽti q̃ est par cõstituet p correlariũ prime huius ꝑm triangularẽ ⁊ per secundã septimi imparẽ. erunt ergo duo primi triãguli nũeris hoc pacto dispositis ĩpares. Sed ⁊ qꝛ tertius numer⁹ est ĩpar et cũ precedẽti triãgulo p idem correlariũ cõstituit triangulũ ⁊ p̃cedens mõstratus est ĩpar: ergo p tertiã septimi tertius triãgularis erit par. et qꝛ quartus ab vnitate nũerus est par q̃ cum p̃cedẽti triãgulo pari p idem cõstituit quartum triangulum. ergo quartus triãgularis per primã septimi est par, erunt ergo duo sequentes pares. et iisdem rationibus mõstrentur duo sequẽtes esse impares ⁊ vicissim alij duo sequẽtes pares sicq; sine difficultate certum apparebit propositum.



¶ Si post vnitatem sumantur numeri triangulares: inter duos et duos disiunctim: erunt que inter numeros ab vnitate naturali serie: sumpte proportiones. 8

¶ Sit primus triãgularis post vnitatẽ a ⁊ b c d e f ordine ꝓsequẽtes sitq; vnitas et g h lꝛ nũeri ab vnitate naturali serie, precedẽtes: dico que ꝓportio g ad vnitatẽ eã esse b ad a: et q̃ h ad g eã esse d ad c: ⁊ que lꝛ ad h eã esse f ad e. ⁊ ita ꝓcedẽdo in his disiũctim: in illis vero cõiunctĩ. nam p precedẽtem a est ĩpar b c pares: d e ĩpares: et f par. sumo enĩ quattuor pares ab vnitate q̃ sint g lꝛ l m et medij inter eos impares sint h n o. et qꝛ g q̃ est binariꝰ est latus a q̃ est ternariꝰ. ⁊ per correlariũ prime huiꝰ h latus b ⁊ lꝛ latus c et n latus d ⁊ l latus e et o latus f: ergo p quartã huius g in h facit altera ꝑte longiorẽ duplũ a et h in lꝛ duplũ b ⁊ lꝛ ĩ n duplũ c et n in l duplũ d ⁊ l in o duplũ e: atq; per eandẽ o in m duplũ f. qꝛ ergo g in h et lꝛ in h cõstituunt duplũ ad a et ad b. erit ergo per octauã secundi vt que ꝓportio lꝛ ad g ea sit dupli b ad duplũ a: sed ⁊ b ad a subduplus ad subduplũ per correlariũ decimequarte secũdi sicut eoꝝ duplorũ duplus ad duplum. ergo sicut lꝛ ad g ita b ad a. et per idẽ sicut l ad lꝛ ita d ad c. ⁊ sicut m ad l: ita f ad e. ⁊ cũ g lꝛ l m sint sumpti ab vnitate cõtinue pares: ergo p decimãoctauã septimi est ꝓportio b ad a vt g ad vnitatẽ ⁊ d ad c vt h ad g et f ad e vt lꝛ ad h: quod est propositum.



¶ Si tres continui triangulares statuantur: qui sub extremis continetur erit altera parte longior: cuius laterum maius erit illorum trium medius. 9

¶ Sint a b c tres continui triangulares ⁊ eorũ latera d e f: sitq; g vno maior f. dico qõ fit ex a in c esse altera ꝑte longiorẽ cuiꝰ maius latus erit b. nã qꝛ a b c sunt ꝓtinui triãgulares: ergo p correlariũ prĩe huius d e f sunt ꝑm continuã seriẽ numeroꝝ sumpti. et qꝛ per quartã huius d in e cõstituit duplũ ad a ergo si d est par quẽadmodũ hic est: medietas d in e cõstituit a. et per idem medietas f in e cõstituit b. et medietas f in g cõstituit c. si aũt d esset impar numeraret a ꝑm medietatẽ e: ⁊ f b ꝑm medietatẽ e. et sic cõsequenter ꝑm medietatẽ parium ĩpares numerarẽt triãgulares. ergo per octauã primi adiuuãte correlario decimequarte secũdi que ꝓportio f ad d: ea est b ad a. et q̃ g ad e: ea est c ad b. ⁊ qꝛ a b c sunt continue sumpti triãgulares: ergo p correlariũ prime huius b superat a q̃tum est e. sumo ergo h vno minorẽ b: manifestũ est h superare a q̃tum est d. et quo abũdat c super b est f. ⁊ quia b ad a sicut f ad d ꝛiam h ad a. et sicut detractus ad detractũ: ita residuus ad residuũ. erit ergo vt sicut b ad a ita c ad h totus ad totũ: quod igit̃ fit ex a in c p vicesimãquintã secũdi tm̃ est q̃tum qõ fit ex h in b. at manifestũ est qõ fit ex h in b esse altera parte longiorẽ. igitur et qõ fit ex a in c. est altera ꝑte longior cuius maius laterũ est b illorum triangulorũ medius. et propositum.

10 ¶Si sumãtur primi post vnitatem par et impár: ⁊ cõposito ex ipsis minor addatur: itemq; ex his confecto minor aduciatur: erit vt cum primorũ primus sit par: sequẽtes sint impares. tertiorũ primus par et sequentes impares ac sic deinceps. duplocq; quadrati parium et quadrato extremi impariũ: tetragoni triãgulares terminẽtur.



¶Sint a et b numeri primi post vnitatẽ par ⁊ impar binarius scz atq; ternarius q̃ iuncti faciãt c cui addito a fiat d. item c et d cõponent e cui addak̃ c ⁊ fiat f atq; e ⁊ f componant g et e addatur g ⁊ fiat h. dico primo a esse parẽ et b imparẽ ⁊ c d impares. item e parẽ f et g h impares. a enĩ esse parem ⁊ b imparem est hypothesis. et qz c cõponitur ex a ⁊ b: per secundã septimi c etiã est impar. et qz d constat ex a pari et c impari per eandẽ secundã d est impar. ⁊ qz e constat ex c d duobus imparibus e per quartã eiusdẽ erit par. et qz f constat ex c ⁊ e impari atq; pari per secundã eiusdẽ f est impar et per eandẽ erũt g et h impares: qõ intendebak̃. Secũdo dico duplũ quadrati a terminare tetragonicũ triangularem. terminare enĩ tetragonicũ triangularẽ est esse latus quadrati qui pariter est ⁊ triãgularis. Patet id nã qz vnitas duplicata cõstituit a et a bis sumptus suum perficit quadratũ: duabus igit̃ vnitatibus a distat a suo quadrato et vnicum suscipit mediũ scz b: cuius differẽtia ad a est vnitas. et qz per septimã sexti quo abundat quadratus b super quadratũ a est quod fit ex vnitate in b et a simul. sed b et a simul sunt vno maius quadrato a qui duplus erat ad a. igitur quadratus b est vno maior duplo quadrati a. sed ⁊ qz duplũ quadrati a in quadratũ b cum sola vnitate distent ꝓducit per diffinitionẽ altera parte longiorẽ quadratus a qui est medietas in quadratũ b per octauam secundi ꝓducit illius altera parte lõgioris medietatẽ. ergo per quartã huius quadratũ a in quadratũ b producit triãgularem. ⁊ qz producitur ex ductu quadrati in quadratũ: ergo per decimãquartam sexti idem erit ⁊ tetragonicus. effectum est ergo qõ dicebak̃. Tertio dico quadratũ d extremi impariũ terminare tetragonicũ triangulatum. sumo enĩ quadratũ c qui sit l: ⁊ quadratũ d qui sit l: dico lz duplicatũ excedere vno l. nam quadratum c duplicatũ per decimãquintam primi est tanq̃ duplũ quadrati a et duplũ quadrati b. et quod fit ex b in a quater et qz per eandẽ decimãquintam quadratũ d est q̃tum c in se et a in se ⁊ a in c bis: sed c in se est tãtum per eãdem q̃tum b in se et a in se et a in b bis. et a in c bis est tm̃ per nonã primi q̃tum a in se bis et a in b bis. ergo qõ fit ex d in se est q̃tum quod fit ex b in se et quadruplũ quadrati a ⁊ quadruplum ꝓducti ex a in b. sed cum duplũ quadrati c sit monstratũ q̃tum duplum quadrati b et duplũ quadrati a et quadruplũ quod fit ex a in b: et ex secunda parte huius quadratũ b excedat vno duplum quadrati a. sit ergo vt duplum quadrati c cõtinens quadratũ b loco huius q̃ quadratũ d ꝓtinet duplũ quadrati a ceteris omnibus cõsimilibus excedat vno quadratũ d. duplũ ergo quadrati c in quadratũ d per diffinitionẽ producit altera parte longiorem cuius longius latus excedit vno quadratũ d. illius ergo dupli dimidius qui est quadratus lz in l quadratũ d producit illius altera parte longioris dimidium per octauam secundi qui per quartam huius est triangularis et cuius latus est l quadratus extremi imparium qui et idem per decimãquartam sexti est tetragonus. et hac ratione de sequentibus molire id quod propositũ est ostendere: et omnino constabit propositum.

¶ Si abvnitate continue designentur parte altera logiores et quadrati: duo ⁊ duo cõ iuncti: triangulares omnes efficient. 11



¶ Designo ab vnitate a b c quadratos et ab vnitate altera parte lõgiores qui sint d e f: dico quoslibet duos ꝓximos quadratũ et altera parte lõgiorem simul: cõstituere triãgularem. nã si fuerit prim⁹ quadratus q̃ est vnitas ⁊ primus altera parte lõgior qui est binarius manifestũ est illos simul additos p correlariũ prime huius cõstituere triãgularẽ. q̃ si fuerit a scũs quadrat⁹ ⁊ d primus abvnitate alta pte lõgior ſiſt per vicesimãsextã septimi quadratus a ꝓstat ex ĩparibus abvnitate sc3 ex vnitate ⁊ prio ĩpari ⁊ d est ꝑmus par: quare si resoluat a erũt accepti cõtinue numeri ab vnitate. p correlariũ igitur ꝑme hui⁹ ꝓstituũt triãgularẽ. ⁊ ita ostẽde a et e cõstituere triãgularẽ resoluto a in suis ĩparibus p 26 septimi ⁊ e in suis paribus p vicesimãsextã eiusdẽ. et ita de quibuslibet duobus hoc mõ sumptis.

¶ Si sumantur triangulares et tetragoni: fuerintq̃ illi toti triangularium ab vnitate quoti isti tetragonorũ post vnitatem: coniuncti facient numeros pentagonos. 12

¶ Nam si vnitati que est primus trigonus adiungas primũ quadratũ post vnitatẽ qui est quaknari⁹ fiet pẽtagonus post vnitatẽ habẽs quinq̃ latera equalia. et si capis scõm trigonũ ab vnitate habebit binariũ in latere ⁊ secũdus tetragonus post vnitatẽ habet ternariũ in latere. adiecto ergo latere quadrati fiet per correlariũ prime hui⁹ triãgulus sequẽs habens latus trium vnitatũ et figura pẽtagona recipiens totidẽ in quolibet eius latere vnitates. et q̃ semper totus tetragonus post vnitatẽ habebit vno plus in latere q̃ trigonus totus ab vnitate: hac rõne de quibuslibet aliis ꝓpositum efficere. ⁊ q̃ latera illorũ pentagonorũ equalia sunt lateribus tetragonorũ datorum: hinc etiã fit vt illi pentagoni toti sint post vnitatẽ quoti ⁊ tetragoni. ¶ Et ex hac ⁊ vicesima sexta septimi cognoscit q̃ diu⁹ Seuerinus asserit boetius: 14 capite secundi sue institutiõis arithmetice: pẽtagonorũ generatione nasci ex numeris naturali serie ordinatis quãdo cõtinue duo a monade duorũ semper in medio facta intermissione iungũtur. Nam per ꝑsentem accepta vnitate que est primus trigonus ⁊ quaternario tetragon⁹ duorũ in medio binariũ sc3 atq̃ ternariũ facta inꝑmissione iunctis: fit secũdus pẽtagonus duo in latere gerẽs. At rursum duobus intermissis septenarius acceptus quinariũ includit ⁊ binarium. At quinarius impar vicesimãsextam septimi additus tetragono quaternario: proximũ cõstituit tetragonũ ⁊ binarius vnitati adiectus per correlariũ prime proximũ vnitati cõstituit trigonum. ergo p presentẽ vnitas 4 et 7 cõstituunt pentagonũ. At rursus duobus dimissis post septenariũ accepto denario qui 7 includit sequentẽ imparẽ ⁊ ternarium: qui septenarius quadrato prioris pentagoni additus p vicesimãsextam septimi succedẽtem constituit quadratũ et ternarius trigono pentagoni adiectus propinquum trigonum. erit igitur per presentẽ numerus ex vnitate 4/7 et 10 constitutus pentagonus: ⁊ ita de quibuslibet aliis argumentabere.

¶ Si parte altera longior cum toto post vnitatem triangulari coniungatur: compositus erit pentagonus post vnitatem totus. 13



¶ Sit a aliquotus ab vnitate altera parte longior vt secũdus: cuius ideo minus latus erunt due vnitates: sitq̃ b triãgulus totus post vnitatẽ cui⁹ latus ideo erit ternarius ⁊ equale maiori lateri altera parte longioris. adiungo ergo maius latus trigoni b maiori lateri altera parte longioris a: et fiet tetragonus sed ⁊ illud quod restat dempto maiore latere b per secundam huius est triangulus minor descendendo ergo per precedentem ille cum quadrato ex altera parte longiore ⁊ lõgiore latere trianguli cõstituto: erit pentagonus: quod est propositum.

¶ Quilibet pentagonorũ post vnitatẽ cum toto triangulari ab vnitate: hexagonum post vnitatem simili loco positũ constituit: et huiusmodi tetragonicus dicatur. 14



¶ Unitas oĩs numeri potestatẽ optinere dicit cuius equalia latera designãtur. hinc ipsa est primus triangulus primus tretragonus pentagonus hexagonus ⁊ ita deinceps. et predictorũ numerorum primus post ipsam est cuius latus fuerit binarius: ⁊ secũdus post ipsam cuius latus fuerit ternarius secũdus vero ab vnitate cuius latus fuerit binarius. et dicitur hexagonus tetragonicus cuius latus est equale lateri medij tetragoni. dico ergo q̃ si capiatur aliquotus pẽtagonus post vnitatẽ vt a: qui verbi causa post vnitatẽ sit tertius et b totus triãgulus ab vnitate: dico a cum b cõstituere hexagonũ post vnitatẽ totum pariterq̃ ⁊ tetragonicũ. nam per duodecimã huius quotus pẽtagonus fuerit post vnitatẽ ex toto post vnitatẽ tetragono constat et triãgulari ab vnitate toto. ergo equalis triãgularis qui est quẽ propõ proponit ex opposito tetragoni latere appositus hexagonũ constituet: cuius latus erit equale lateri medij tetragoni. et q̃ latus eius ẽ equale lateri medij tetragoni est ⁊ equale lateri pentagoni quare ⁊ hexagonus totus erit post vnitatẽ quotus et pẽtagonus. ⁊ q̃ eius latus est equale lateri medij tetragoni est idẽ ⁊ tetragonicus: q̃d. est propositũ. Ex hac et duodecima hui⁹ ⁊ correlario ꝑme cognoscẽ promptũ est gñationẽ hexagonorũ eo pacto q̃ docet Boeci⁹ 15 capite scõi arithmetices

¶ Oĩs tetragonus cũ precedẽte altera pte longiore: hexagonũ tetragonicũ ꝓstituit. 15



¶ Primus enim altera parte longior post vnitatem est qui habet vnitatem minus latus ⁊ secundus qui h̃z duitatẽ et ita deinceps. ⁊ precedẽs tetragonũ est cuius minus latus est vno minus latere tetragoni qui ⁊ post vnitatẽ totus ẽ quotus ⁊ altera parte lõgior ab vnitate. dico ergo quẽcunq̃ tetragonũ vt a cũ precedẽte altera parte longiore vt b cõstituere hexagonicũ tetragonũ. nã p quartã hui⁹ altera

parte lōgior b diuidit in duos triāgulares quorū vterq; totus est ab vnitate quotus pte altera lōgior post vnitatē: qz latus illorū triāgulorum equale sit minori lateri altera parte lōgioris. quare ⁊ vterq; totus est ab vnitate quotus tetragonus a post vnitatē. vnus ergo illorū trigonorū per duodecimā huiusmodi cū tetragono a cōstituit pentagonū post vnitatē totū: sed et per precedentē idem pēta gonus cū altero triāgulari qui est totus ab vnitate ꝓstituit hexagonū tetragonicū. a igitur cum b altera parte lōgiore precedēte cōstituit hexagonū tetragonicū: quod erat demōstrandum ⁊ ꝓpositum.



16 ¶ Si disponant triangulares ab vnitate: tertius atq; vno intermisso a prius sumpto tertius: erit hexagonus.

¶ Nā per vndecimā huius dispositis ab vnitate pte altera lōgioribus et quadratis si duo ⁊ duo ꝓiungātur fient oēs triāgulares. at cū primus triāgularis post vnitatē fiat ex vnitate ⁊ p̄mo altera pte longiore: secūs triāgularis post vnitatē q̄ est tertius ab vnitate fiet ex p̄mo tetragono post vnitate ⁊ p̄mo post vnitatē altera pte lōgiore per eandē vndecimā qui est tetragonū precedēs. ergo p precedentē tertius triāgularis ab vnitate ē hexagon⁹. sed ⁊ eadē rōne qz vno inūmisso tertius semp a q̄drato et p̄cedente altera pte longiore p vndecimā huius nascit: ergo per p̄cedentē tertius semper erit hexagonus quod est propositum.



17 ¶ Si sex vnitates vni circūponantur: ita vt illarū adinuicē ⁊ ad illam eadē sit distātia hexagonum equiangulū constituent.

¶ Nā quelibet due illarū vnitatū cum media vnitate triāgulum equilaterū constituunt. fient ergo sex triāguli equilateri quos dico etiā esse adinuicē equiāgulos. nā cum illorū vnitates adinuicē ⁊ a media distēt vnitate: si vnitates vnius vnitatis⁹ cuiuslibet alterius applicent erunt supra se inuicē apposite et āguli vnius āgulos alterius nō excedētes: quare sex āguli hexāguli erunt equales. erit igitur talis hexagonus equiāgulus qō intēditur. et ita de tetragono equiāgulo ⁊ pēta gono si placeret ostēderet.



18 ¶ Latere proposito hexagonum equiangulū constituere.

¶ Sit a vnitates dati lateris q̄bus vna plures applico: ita semp augēdo donec tot sint ordines quot vnitates sunt in latere. fiatq; hoc mō descēdendo donec tot cōpleant ordines quot vnitates sunt in eodem latere. ⁊ qz fiunt tria latera equalia ascēdēdo et tria similia descēdendo pz creatū esse hexagonū quē dico equiāgulum. nā medius ordinū semp per vicesimātertiā septimi ē impar q̄ totus sit a nūero lateris quotus nūerus lateris ab vnitate. habet igit ille maximus numerus vnum medū. ⁊ si signas extremitates sex laterum per b c d e f g erit illa media vnitas media ordinis f c: e b: et ordinis d g. qz equales sunt et ea cōtcant. distat ergo equalit ab f ⁊ c et ab e ⁊ b et ab d ⁊ g. quare sex triāguli: scz media vnitas f e: media vnitas e d: media vnitas d c: media vnitas c b: et media vnitas b g: ⁊ media vnitas g f: adinuicē eqlateri sunt et vt in p̄cedēti equiāguli. ē igit hexagon⁹ b c d e f g equiāgul⁹: qō ē ꝓpositū



19 ¶ Si cuilibet hexagono equiangulo totus senarij multiplex addatur quotus ipse est ab vnitate: similem hexagonū prouenire necesse est.

¶ Si p̄mo hexagono q̄ est vnitas senarius circūponat per penultimā fiet sequēs hexagonus equiangulus. nā habēs duo in latere q̄ si eorū interualis que etiā sunt sex: sex aptēturvnitates in eadē distantia: atq; ipsis sex vnitatib⁹ alie sex angularit: fiet sequēs hexagonus equiāgulus habens ternariū in latere. ⁊ vt precedēs hexagonus secūdus erat ab vnitate ita acceptus est totus senari multiplex: scilz duplus ad senariū qui est duodenarius: cui si rursum circūponas triplū senarij: scz duodeci vnitates in duodeci interuallis et sex ad sex āgulares vnitates efficis sequētem hexagonū equiāgulum quivt in precedēte probarat habet quaternariū suū latus. et qz semp iterualla crescūt in senario tot āgulis semp manētibus apposito sequēti senarij multiplici semp efficies hexangulū equiāgulū eadem rōne sequētem: quod intendit propositio.



20 ¶ Si ordinentur ab vnitate triangulares et singuli secundū senarium multiplicētur: producti addita vnitate erunt hexagoni equianguli.

¶ Si enim vnitatē que primus triāgularis est senario multiplices: secūdus hexagonus nascitur: qui addita vnitate circūclusa cognoscit ⁊ equiāgulus. et qz per precedētem quilibet hexagonus tot addit senarios super p̄cedētem quotus ipse p̄cedēs fuerit ab vnitate. ⁊ q̄libet triāgularis p correlariū p̄me tot hz vnitates supra p̄cedētem quotus ipse fuerit ab vnitate. ergo si scōs triāgularis q̄ ideo hz duas vnitates supra primū multiplicet p sex addet tot senarios supra p̄cedētem hexagonū qui fuit scōs: quotus ipse scōs hexagon⁹ fuit ab vnitate. ergo p p̄cedētem erit sequēs hexagon⁹. ⁊ ita quoq; ꝯtio triāgulari q̄ addit tres vnitates supra scōz p sex multiplicato: ⁊ quolibet alio: addes ex multiplicatiōe tot senarios quotus ⁊ triāgularis ⁊ precedēs hexagonus fuerit ab vnitate: sicq; p precedētem semp concludes propositum.

21 ¶ Omnis hexagonus equiangulus tanto abundat super hexagonum tetragonicum simili post vnitatē loco sumptū: q̄tus est tetragonus ab vnitate similiter dictus

¶ Sit exēpli cā a quartus ab vnitate hexagon⁹ tetragonic⁹ q̄ ⁊ tertius ē post vnitatē: sitq; b totus ab vnitate tetragonus id est tertius: ⁊ quartus tetragonus c ⁊ medius altera parte lōgior d. dico tertiū hexagonū equiangulū post vnitatē tantū distare ab a q̄tus est b tertius ab vnitate tetragonus. nam per decimāquintā huius c et d cōponunt a: sed ⁊ qz differētia b ad d per vicesimāquartam sexti est ternarius latus b: ⁊ differētia c ad d est quaternari⁹ latus c. erūt ergo p secundā primi b ⁊ c simul maius vno q̄ duplum d, capio e totum ab vnitate triangularem quotus est b tetragonorū: quia minus latus



altera parte longiozis d est latus b: quodquidē idem est latus e. ergo per quartā huius d erit duplus c: sed ⁊ b c mōstrata sunt vno maius duplo d. sunt ergo b c vno maius q̄druplo e: ergo b c d simul sunt vno maius sexcuplo e. at per p̄cedentē e sexies sumptus addita vnitate tertiū post vnitatē creat hexagonum equiāgulum qui sit f. constat ergo f ex b c et d: sed a solū constat ex c dvt ostensum est. abundat ergo f hexagonus equiangulus ab a hexagono tetragonico toto post vnitatē q̄tum est b totus abvnitate tētragonus: qō est propositū. ¶ Animaduerte quēadmodum diuus mōstrat seuerinus heptagonos continue fieri ex hexagonis et inferiozibus trigonis duobus equis iferiozibus eminus adiūctis trigonis. quod ⁊ idem euenit si dispositis naturalis numeris: extremi cōtinue quattuoz in medijs relictis iungātur. vt secūdus heptagon⁹ fit ex senario scō hexagono ⁊ vno: p̄mo trigono emin⁹ equali adiūcto trigono. qui idē fit ex vno et senario quattuoz in medio p̄termissis numeris: ⁊ tertius heptagonus fit ex 15 tertio hexagono ⁊ ternario scō trigono e regiōe adiūcto equali trigono hexagoni qui idē fit ex vno senario ⁊ vndenario. et hoc pacto in figuratione ⁊ collectione suozū numerozū in ceteris est procedendum.



¶ Supra datum numerum octogonum equilaterum constituere. 22

¶ Sit a datus nūerus supra quē iubemur octogonū equilaterū cōstituere. p̄cedo ei apponēdo ozdies vno semper se excedētes donec totidē sint quot sunt vnitates i latere: erūtq̄ facta tria latera equalia et maximo ozdini addo ozdies equales quousq̄ tot sint quot sunt vnitates in latere erūtq̄ facta quinq̄ latera equalia. deinde ab vltimo ozdine p̄cedendo appono ozdines cōtinue vnitate minozes donec tot sint quot in dato latere vnitates fientq̄ sic descēdendo tria latera p̄dictis equalia eruntq̄ simul octo equalia latera atq̄ octogonus equilaterus cōstitutus: qō erat faciendū. ¶ Alia apud diuū seuerinū octogonoꝝ inueniēdozum ratio moduscq̄ est vt cōtinue ex toto heptagono et sub se trigono surgant. ⁊ idē fiunt si ex dispositis naturalis numeris cōtinue in medio quinq̄ relictis: extremi iungātur. vt si 7 scō heptagono iungas vnum primū trigonū surgit octonarius et scūs octogonus. qui idē fit ex vno et septē quinq̄ numeris binario ternario quinario senario ēterstitibus: dimissis. et si 18 tertio heptagono iungas ternariū: secundū trigonū: fiet 21 tertius octogonus. qui idem colligitur ex 1/7/13/ ⁊ hoc pacto in reliquis est procedendum



¶ Si cuilibet hexangulo equiangulo post vnitatē: totus tetragonus ab vnitate cum sequēte altera parte lōgiozc iungatur, pueniet octogon⁹ post vnitatē sili loco sumpt⁹. 23

¶ Quaslibet superpartientes in superparticulares reduci est possibile.

9	15	25
a	b	c
9	6	4
d	e	f

74 ¶ Nam qꝛ per septuagesimãprimam huius suppartientes ex supparticularibus nascũtur. ideo sint a b c huiusmodi superpartiẽtes ⁊ d equetur a: substrahaturq; d ab b et relinquat̃ e ⁊ d et e bis ab c: et relinquatur f ⁊ venient per illam septuagesimamprimam superparticulares a quibus nascebantur. at non oportet id semper in prima reductione contingere quod tamen nunc cõtingebat. sed aliquãdo resoluẽtur prima resolutione in multiplices superparticulares que per p̃cedentẽ in supparticulares tandẽ reducent̃: quo facto factũ erit propositũ. Aliq̃n in suppartiẽtes aut multiplices suppartientes

et multiplex suppartiens per p̃cedentẽ reducit in suppartientẽ que tex reducetur in supparticularẽ vt si detracto d de b remaneat e quẽ contineat d et eius partes: vel in supparticularẽ si eo detracto remaneat e quẽ contineat d et eius partẽ. at si remaneat e quẽ contineat d et partes. qz illa detractio in infinitũ fieri non põt vt semp in suppartiẽtes resoluatur aliqñ occurret supparticularis. factũq; apparebit propositũ. Occurret dico tandẽ superparticularis et nõ multiplex: qz ex multiplicibus non ime diate suppartientes sed superparticulares per septuagesimã huius gignũtur.

¶ Datas proportiones quascunq; ad equalitatem reducere. 75

¶ Nam per septuagesimãtertiam huius multiplices suppartientes reducũtur in superpartiẽtes et multiplices supparticulares in superparticulares ⁊ per p̃cedentẽ suppartiẽtes in supparticulares. et per septuagesimãsecundam huius supparticulares reducũtur in multiplices et multiplices in alias multiplices donec in equalitatẽ restitute sint. omnes igitur in equalitatẽ reducũtur.

Moni elemẽtorũ Arithmetices Jordani finis.

Medietas est connectio extremorũ: habitudine vtriusq; ad mediũ. Medietatum quedam sunt principales: et quedam principalibus collaterales. Principales sunt tres. Prima est quãdo maioris/medij/ac minoris equales sunt differẽtie. et hec dicitur Arithmetica medietas. Secũda est quãdo maximi ad mediũ eadẽ est proportio: q̃ medij ad minimũ. et hec geometrica vocatur Tertia est qñ maximi ad minimũ eadẽ est ꝓportio: que dr̃ie maximi ad mediũ ad differentiã medij ad minimũ. et hec musica nũcupatur. Collaterales sunt octo. Prima est qñ maximus ad mediũ sicut dr̃ia minorũ ad differentiã maiorum. Scõa est qñ medius ad minimũ: sicut dr̃ia minorũ ad differẽtiam maiorũ. Terna est qñ maximus ad mediũ sicut dr̃ia extremorũ ad differentiã maior. Quarta est qñ medius ad minimũ sicut dr̃ia extremorũ ad differẽtiam maiorũ. Quinta est qñ medius ad minimũ: sicut differẽtia extremor ad differentiã minorum. Sexta est qñ maximus ad minimũ: sicut differẽtia minorũ ad dr̃iam maiorũ. Septima est qñ maximus ad minimũ: sicut dr̃ia extremorũ ad differentiã maiorum. Octaua est quando maximus ad minimũ: sicut differentia extremorum ad differentiam minorum.



¶ Si fuerint tres numeri in arithmetica medietate dispositi: erit maioris ad medium minor proportio q̃ medii ad minimum. 1

¶ Sint a b c tres numeri in arithmetica medietate dispositi quor maximus sit a: dico a ad b minorẽ esse ꝓportionẽ q̃ b ad c. nã per diffinitionẽ a ad b et b ad c equales sunt dr̃ie: qz igitur a ⁊ b sunt vt cõpositi ex b et c ipsis additis numeris equalibus scz differentiis eorũ. ergo per decimãsextam secundi ꝓportio a ad b minor erit proportione b ad c: quod est propositum.



¶ In eadẽ medietate duo extremi cõiuncti tm̃ reddunt: q̃tum medius duplicatus. 2

¶ Nam p diffinitionẽ primi ad mediũ et medij ad extremũ equales sunt dr̃ie: igitur p secundã primi medius est extremorũ coniũctor medietas. duplicat igitur equal extremis ꝓiũctis: qd̃ est ꝓpositũ.

¶ In eadẽ medietate quod sub extremis continetur cum quadrato differẽtie equale est quadrato medii. 3



¶ Nam per premissam duo extremi simul sunt tanq̃ duplus medij. Ponat ergo duplus medij q̃ sit d diuisus p duo equalia quor medius est vnũ: ⁊ per duo inequalia q̃ sint a c extremi: et p decimãnonã primi erit quadratus b vnius equalium q̃tum quod fit ex a in c cum eo quod fit ex differẽtia a ad b in differentiã b ad c. at qz differentie ille sunt equales: tantum ergo erit quadratũ medij b q̃tum quod cõtinetur sub extremis a ⁊ c cum quadrato dr̃ie medij ad extremũ: quod est propositũ.

¶ In eadem quoq; medietate quadrata extremorum: duplum sunt quadrato medii et quadrato differentie. 4

¶ Sint a b c numeri in hac medietate dispositi: sitq; d quadrata a et c. dico d duplũ esse quadrato medij ⁊ quadrato dr̃ie simul. Sit enĩ f qd̃ fit ex a in c bis ⁊ quadrata b medij bis sint e: qz enĩ per secundã huius a et c cõiuncti tantũ sunt q̃tum duplus b. et per decimãquintã primi d ⁊ f simul tm̃ sunt q̃tum quadratũ totius a c: sed ⁊ per eandẽ decimãquintã e erit medietas d ⁊ f simul. igit per secundã partẽ secũde primi e ad d ⁊ ad f equales sunt dr̃ie. igitur per diffinitionẽ e hac medietate medius est inter d et f. ⁊ qz per p̃cedentẽ qd̃ fit ex a in c semel cũ quadrato dr̃ie tantũ est q̃tum b in se. igit e addit super f duplũ quadrati dr̃ie: quare ⁊ d tantum addet sup e. quare ⁊ duplũ quadrati differẽtie b ad a equal d. igitur quadratus b q̃ est medietas e cũ quadrato differẽtie b ad a est medietas d: qd̃ est propositũ.



¶ Trium numeror in hac medietate dispositor duob̃ extremis datis: mediũ repire. 5

¶ Sint a b duo extremi in hac proportione: illos simul addo atq; aggregati sumo medietatẽ que per secundam huius erit medius petitus: factumq; erit propositũ.

6 ¶ Si fm ꝓportiõem medii datorũ numeroꝝ ad dñiam: sumãtur tres nũeri in eadem medietate: erit medii illoꝝ ad differẽtiam: que inter extremos ꝓassignatoꝝ ꝓportio.

¶ Sint a b c tres numeri in Arithmetica medietate quoꝝ maximus sit a. et sit d differẽtia a ad c: et e medietas que est differentia a ad b ⁊ differentia b ad c. sumo item in eadem medietate numeros f g h quoꝝ extremoꝝ sit ꝓportio tanꝗ b ad e: sitq; f maximus. dico g ad differẽtiam f ad g q̃ sit l eam ꝓportionem esse que a ad c. capio enĩ differẽtiam f ad h q̃ sit k: cuius medietas sit l. et cõpositus ex f et h sit m. qz enĩ per hypothesim b ad e tanꝗ f ad h: et b ⁊ e sunt a. igitur p sextam secundi a ad e sicut m ad h. et quia vt dictũ est b ad e vt f ad h: ergo ꝑmutatim b ad f totus ad totũ: sicut e ad h detractus ad detractum. igitur per quintam secundi c ad k residuus ad residuum sicut totus ad totũ. quare q̃ ⁊ vt e ad h: ita c ad l. permutatim ergo e ad c vt h ad l. ergo p vicesimãprimam secũdi ⁊ equã ꝓportiõalitatem m ad l sicut a ad c. ergo q̃ per scõdam huius g sit dimidium m: erit a ad c sicut g ad l: dimidium scilz ad dimidiam differentiam sicut totum m ad l totam differentiam. quod est propositum.



7 ¶ Si fuerint tres nũeri in hac medietate dispositi: extremoꝝ ⁊ medij ad differẽtiam eandem esse proportionem impossibile est. maiorem ꝗ̃o siue minorem: possibile.

¶ Sint tres numeri a b c in hac medietate ꝓstituti: et a maximus: et differentia a ad b/ et b/ad c sit d. dico impossibile esse eãdem proportiõem a ad c ⁊ b ad d. nam si id possibile fozet: ponat ergo vt sit a ad c tanꝗ b ad d. ergo p vicesimãquintam secũdi q̃ sit ex a in d: equũ est ei qui fit ex b in c. at p decimam quartam primi q̃ fit ex a in d ĩm est q̃tum q̃ fit ex d in se et d in b qui sint e ⁊ f. sed per eandem b in c tm̃ est q̃tum q̃ fit ex c in d ⁊ c in se qui sint g ⁊ h. equabũtur ergo adinuicem e f simul et g h simul. q̃ est impossibile. q̃ sic ostẽdo. nam p septimam secũdi f ad e sicut b ad d. et per eandem h ad g sicut c ad d. sed p nonam secũdi ꝓportio b ad d maior est q̃ ꝓportio c ad d. igit ⁊ ꝓportio f ad e maior erit ꝓportione h ad g. quare si f equet h: p eãdem e erit minor g. quare e ⁊ f non equabũtur g ⁊ h. et si f sit mĩor h ergo p decimãseptimãlecundi e etiã erit minor g. quare compositus ex e ⁊ f duobus minoribus non equabitur cõposito ex g ⁊ h. at si f ponit maior h/ et compositus e ⁊ f equetur cõposito g ⁊ h: ergo per decimãnonam scõi ꝓportio f ad e minor erit q̃ ꝓportio h ad g: cui⁹ oppositum mõstratum est. cõstat ergo q̃ dictũ est. ¶ Sed extremi ad extremum ꝓportio maior possibilis est q̃ medij ad differentiam si ab vnitate tres ꝓtinue ponant terminꝰ qui erũt in hac medietate. et qz extremi sez ternarij ad vnitatem est ꝓportio tripla: sed medij binarij ad vnitatem (que differẽtia est) ꝓportio dupla: ꝓstat extremi ad extremum maiorem esse proportiõem q̃ medij ad differẽtiam. et ita si post vnitatem in hac medietate numeri apte discõtinue sumãtur. ꝗ Possibilis est etiã extremi ad extremum ꝓportio mĩor q̃ medij ad differẽtiam. nam acceptis quibuscũq; tribus terminis continue post vnitatem: maior erit ꝓportio medij ad vnitatem que erit differentia q̃ extremi ad extremum quoꝝ differentia semp est binarius.

8 ¶ Tres numeros in hac medietate inuenire quoꝝ ꝓportionis medij ad differẽtiam: ad proportionem extremorum differentia sit qualibet data proportione maior.

¶ Sint a ⁊ b nũeri date ꝓportiõis ⁊ b maior: addo b ad a ⁊ fiat c cui etiã addo b et fiat d. manifestum erit d c a esse tres numeros in hac medietate cõstitutos cũ b sit cõis differẽtia d ad c ⁊ c ad a: quoꝝ dico differẽtiam ꝓportionis c ad b medij ad differẽtiam: ad ꝓportionem d ad a esse data ꝓportione b ad a maiorem. nam ꝓportio c ad a addit sup proportionem c ad b proportionem b ad a. et proportio d ad a est maior ꝓportione c ad a. addet igit ꝓportio d ad a sup proportiõem c ad b maius proportiõe data b ad a. est itaq; differẽtia ꝓportiõis c ad b ad proportiõem d ad a data proportione maior.

9 ¶ Si extremꝰ extremi duplus: erit medius differentie triplus: et cõuertitur. q̃ si alter alterius maius duplo fuerit: erit medius minus triplo differentie: et ecõuerso.

¶ Nam si a maximus sit duplus b mĩmi: erit b duplus differentiaꝝ. quare c ex b ⁊ differẽtia illa cõstitutus eidem differẽtie erit triplus. et si c est triplus ad differentiam cũ ꝓstituat ex illa differẽtia et b: ergo b erit duplus ad differẽtiam. quare a ꝓstitutus ex b ⁊ dupla differẽtia que equatur b itez inueniet ur duplus ad b. quod est primum. et si a est triplus ad b: idem b equabit vni differentiaꝝ. at b ⁊ vna equalium differentiaꝝ ꝓstituũt c. igitur c duplus est ad differentiam. et si c duplus est ad differẽtiam erit rursus a triplus ad b. nam si c sit duplus ad differentiã cũ sit ꝓstitutꝰ ex differẽtia ⁊ b: differentia illa equabitur b. sed b cum equali differẽtia bis sumpta ꝓstituit a. igitur a triplus est ad b. et vniuersaliter si maximi ad mĩmum proportio maior q̃ dupla inueniatur: erit semp mĩmus ad differentiam minor q̃ duplus. igit ⁊ medius ex mĩmo ⁊ differentia cõstitutus ad differẽtiam minor erit q̃ triplus Et cõuertitur vt in alijs quoq; monstratum est.



10 ¶ Datis quibuslibet duabus ꝓportiõibus: fm vtrãq; in Arithmetica medietate tres terminos ordinare: quoꝝ adinuicem differentie sint equales.

¶ Sint minimi termini duarũ datarũ ꝓportionum a b ⁊ c d. et differẽtie illoꝝ sint e ⁊ f. sumo itez g nũerum aliquem quem cõiter numerent differentie e ⁊ f. et sint numeri fm quos ipm numerãt h et k. deinde multiplico a ⁊ b per h: ⁊ pueniãt l ⁊ m. et multiplico c et d per k et pueniãt n et o. p septimam secũdi l ad m vt a ad b. et n ad o vt c ad d. et differẽtia l ad m est g. ⁊ siliter differẽtia n ad o est g. si igit g est par: sumo medium inter l et m qui cõstabit ex m et dimidio g. et mediũ inter n et o qui cõstabit ex o et dimidio g. et erũt tres termini l ⁊ m cũ suo medio fm ꝓportiõem a ad b/ et tres alij n et o cõnũerato eoꝝ medio fm ꝓportiõem c ad d in arithmetica medietate quoꝝ adinuicem differẽtie sunt equales



si aũt g esset impar duplãdi essent l/m/n/et o et dupla ad g p correlariũ septime secũdi pueniret differentia. si ergo inter illos medij sumãtur tam horũ q̃ illoꝝ differentia ad medium erit g. sicq̃ totum manifestum erit propositum.

¶ Quotlibet numeros fm Arithmeticam medietatem sumere: quoꝝ differẽtie dato numero non sint minores: extremoꝝ vero ꝓportio sit date ꝓportioni equalis. 11



¶ Sint a ⁊ b termini date proportionis: et c eoꝝ differentia: et d sit numerus fm quem sumendi sunt quotlibet numeri: ⁊ e numerus quo non minores debeãt esse differentie. multiplico a ⁊ b fm nũerum vno minorem d ⁊ pueniant f et g: quoꝝ differẽtia c toties nũerabit. sumo ergo media fm differentias equales c et fiet vt oẽs numeri sint fm nũerum d. multiplicek item c donec pueniat maior e: et fiat hoc fm h. ducoq̃ h in f ⁊ g et omnes medios et pueniãt k l ⁊ medij inter illos. manifestũ est extremorum proportionem esse proportioni a ad b equalem: et numerum sumptum esse fm d ⁊ differẽtias inter se equales et numero e dato maiores. quod est propositum.

¶ Si sumptis quotlibet nũeris in hac medietate: alij totidem eandem habentes differẽtiam maiores minoribus coniũgant: numeros equales puenire necesse est. 12



¶ Sint a b c d ꝗlibet numeri in hac medietate quoꝝ a sit minus: ⁊ e f g h totidem in hac medietate et e illoꝝ maximus: sintq̃ hoꝝ et illoꝝ equales differẽtie. dico a et e simul equari b et f et reliquis hoc modo sequẽtibus. nam quia a ⁊ e sunt circũpositi b ⁊ f et equales per hypothesim differẽtie: ergo per tertiam primi a et e simul equãtur b et f. et hunc in modum de reliquis argumentare.

¶ Numeros quotcunq̃ in hac medietate datos coaceruare. 13



¶ Hec demõstrat aggregatoꝝ summam reperire: quã nõnulli ꝓgressiõem vocant. si enĩ sunt in nũero pari vt a b c d. e f g h q̃ igit p precedentem a h equãtur b g et c f et d e fm seriei medietatem. si ergo in coaceruatum ex a ⁊ h duob⁹ extremis ducat totius seriei medietas pueniet summa totalis ex oĩbus coaceruata. At si numerus eoꝝ sit impar vt a b c d e f g erit vnus eoꝝ medius vt d. et eius ad extremos a et g eadem erit differentia. quare per secãm primi est medietas a et g/et similiter medietas b ⁊ f/et medietas c ⁊ e. numerus igitur seriei oĩm in ipm ductus oĩm summam cõficit. quod est propositum.

¶ Si ꝗlibet nũeri huius medietatis alijs totidẽ siue eq̃libus siue in eadem medietate sumptis minores minoribus addãtur: ꝓsiti quoq̃ fm eãdem medietatẽ disponẽtur. 14



¶ Nam siue equales equalibus addãtur siue hoc modo nũeri quicũq̃ totidem alijs in eadem medietate cõstitutis: quia equalib⁹ differẽtijs equales differẽtie addẽtur et tote differẽtie adinuicem erũt equales. quare per diffinitionem compositi erunt in hac medietate ꝓstituti. quod est propositum.

¶ Si equales totidem auferant̃ siue ipi ab eq̃libus substrahãtur: residuum in eadem medietate inuenietur. 15



¶ Nam equalibus de quibuslibet eoꝝ demptis erũt eedem residuoꝝ que ⁊ totoꝝ differẽtie idẽtidem quibuslibet eoꝝ ab equalibus demptis eedem que substracteꝝ manebunt differentie. igitur per diffinitionem residua erunt in arithmetica proportione. quod intendebatur.

¶ Si vero de eisdem alii in eadem medietate dati minores a minoribus tollãtur: residui vel erunt equales vel eiusdem medietatis rationem suscipient. 16



¶ Hec quodãmodo decimequarte et decimequite ꝓuersa est. nam datis a b c in hac medietate maioribus et d e f minoribus: quoꝝ ad primos differentie sint equales: substractis d e f ab a b c. residui erũt equales: differentie a ad d. quare adiuicem equales. at si numeri sumpti vt g h k non hẽant singuli ad singulos a b c equalem differẽtiam. qꝛ detractorum ⁊ totorum eq̃les sunt differentie: erũt ⁊ residuoꝝ equales differentie. et cũ residua nõ sint equalia: inter eos erit hec medietas. quod est propositum.

¶ Si qnotlibet numeri huius medietatis fm eundem nũerum vel multiplicentur vel diuidãtur: erunt ⁊ ꝓducta ⁊ diuidentia in hac medietate eodem ordine continuata. 17



¶ Sint dati quotlibet numeri in hac medietate: vt a b c qui multiplicẽtur p e et pueniant f g h ⁊ qui diuidãtur per e: et pueniant k l m. dico ꝓducta f g h et diuidẽtia k l m eodem ordine in hac medietate ꝓtinuata. nam qꝛ multiplicatorum a b c differentie sunt equales: ergo per corlariũ septime secundi et productorum. et etiam per idem quoties diuidentia k l m numerabunt a b c: ⁊ toties differẽtie numerabunt differentias et eodem ordine. est ergo notum quod proponitur.

¶ Datum nũerũ in quotlibet partes que arithmetica medietate se excedãt diuidere. 18



¶ Sit numerus diuidẽdus a: et b nũerus fm quem ꝓponit diuidi. Inuenio per decimãtertiã huius numerum ex oĩbus ab vnitate ad b coaceruatum qui sit c. et qui sit vt partes ab ipo denoãte. et resoluas si vis a in cõsimiles partes: dehinc resolutum diuidas per c et reuertetur numerus fm a qui sit d per quem multiplica oẽs numeros ab vnitate ad b qui sunt in hac medietate vt notum est et pueniãt f g h lꝛ partes denoãte ab c que per precedentem erũt in hac medietate. et per nonã primi manifestũ est eas cõstituere a. et sunt sumpte fm numerum b. effectum est igitur propositum.

¶ Si inter numeros ꝓportiõales medii fm hanc medietatem designẽtur: erit extremorum ad illos proportio vna. 19

¶ Sint a b c numeri in hac medietate cõstituti ⁊ silliter totidem d e f: sitq; a ad c sicut d ad f. dico a ad b vt d ad e et b ad c vt e ad f. nam si a c ⁊ d f sint equales: constat propositũ. si non: sint ergo d f maiores et a c minores. quia enim que ꝓportio d ad f totus ad totum: ea est a ad c detracti ad detractum: ergo p quintam secũdi differẽtia d ad f ad differentiam a ad c residuum ad residuum: sicut d ad f totũ ad totũ quare m: ꝓdietas differẽtie d ad f que sit h ad dimidiũ differẽtie a ad c que sit g per correlariũ decime quarte secundi sicut d ad f. et cum que ꝓportio d ad f ea sit a ad c: ergo ꝑmutatim d ad a sicut f ad c. cum itaq; f ad c sicut h ad g: ergo per idem correlariũ e ad b sicut d ad a. quare ꝑmutatim d ad e sicut a ad b. et consiliter ꝓbabis f ad e sicut c ad b aut ecõtra. quod est propositum.



20 ¶ Si in geometrica medietate tres numeri statuant̃: erit que maximi ad medium: ea differentie ipsoꝝ ad differentiam medii ad mĩmum ꝓportio.

¶ Sint a b c tres numeri in geometrica medietate dispositi p diffinitiõem que ꝓportio a ad b ea est b ad c. et sit dꝛia a ad b nũerus d. et differẽtia b ad c medij ad mĩmũ nũerus e. dico eãdẽ eẽ ꝓportiõem a ad b et d ad e. capio enim b et vt totum et vt detractum. et qr que ꝓportio a ad b totiꝰ ad totum: ea est b ad c detracti ad detractum. igitur q̃ ꝓportio a ad b totius ad totũ ⁊ maximi ad medium: ea est dꝛie a ad b ad differẽtiam b ad c per quintam secundi residui ad residuum. quod est propositum.



21 ¶ In hac medietate quod sub extremis cõtinetur: equale est quadrato medii.

¶ Hec ex diffinitione et vicesima sexta secundi statim cognoscitur.

22 ¶ In eadem medietate duo extremi ꝓiũcti: maius sunt q̃ medius duplicatus.

¶ Hec itidem statim cognoscitur per vicesimã quartam secundi: sumpto medio ꝑ secundo ⁊ tertio.



23 ¶ In eadem medietate quãto maximi ad medium maior est ꝓportio: tanto etiam maximi ⁊ minimi ad duplum medii maior erit ꝓportio.

¶ Sint a b c ꝓtinue ꝓportiõales: et d e f idẽtidem cõtinue ꝓportiõales sed in maiore ꝓportione. dico q̃ quãto maior est ꝓportio a ad b q̃ d ad e: tãto maiorem esse ꝓportiõem a et c ad duplum b q̃ ꝓportio e et f ad duplum e. sit enim g differẽtia a ad b/ et h differentia b ad c/ silliter k differentia d ad e/ et l differẽtia e ad f. et quo g excedit h sit m/ quo ꝯo k excedit l sit n. quia enim maior est ꝓportio a ad b q̃ d ad e: ergo p duodecimam secũdi a ad d totius ad totum maior est ꝓportio q̃ b ad c detracti ad detractum. ergo per decimãtertiam eiusdem g ad k residui ad residuum maior est ꝓportio q̃ a ad d totius ad totum: quare multo fortius q̃ b ad e detracti ad detractum. qr igitur g ad k maior est ꝓportio q̃ b ad e: igitur p duodecimam eiusdẽ g ad b maior ꝓportio q̃ k ad e. quare per vndecimam eiusdem b ad g mĩor ꝓportio q̃ e ad k. et per vicesimam huius g ad h maior est ꝓportio q̃ k ad l. nam g ad h vt a ad b/ et k ad l vt d ad e. quare eadem argumẽtatiõe qua pauloante g ad m mĩor ꝓportio q̃ k ad n. quare per quintam quinti erit b ad m minor ꝓportio q̃ e ad n. per eandem igitur dupli b vt o ad m minor ꝓportio q̃ dupli e vt p ad n. et qr a et c sunt duplum b q̃tum est m: et siliter cõpositus ex d ⁊ f excedit p duplum e q̃tum est n: vt facile ex precedente cognoscas. et ꝓportio p ad n maior ꝓportione o ad m. igitur per scdam partem decimequãte scdi p ⁊ n ad p mĩor ꝓportio q̃ o ⁊ m ad o. igitur d ⁊ f simul ad p ꝓportio minor q̃ a et c simul ad o. quod est propositum.



24 ¶ Si quotlibet numeris in hac medietate sumptis totidem alii eiusdem ꝓportionis maiores maioribus addãtur: compositi quoq; in hac medietate inuenietur dispositi.

¶ Nam si que ꝓportio a ad b et b ad c: ea sit d ad e et e ad f. igitur ꝑmutatim que ꝓportio a ad d: ea est b ad e ⁊ c ad f. igitur per vicesimam secũdi que ꝓportio a ad b: ea erit compositi ex a d ad ꝓpositũ b e. et compositi b e ad compositum c f. quod est propositum.



25 ¶ Si dispositis aliquot numeris in hac medietate numeri equales singulis addãtur: erit inter compositorum maiores ꝓportio maior.

¶ Sint a b c in geometrica medietate dispositi: et d e eoꝝ differẽtie: et f numerus singulis addẽdus. quia igit quo abundat f a sup f b est d. et quo abundat f b sup f c est e. et per nonam secũdi f ad d mĩor est ꝓportio q̃ f ad e. et per vicesimam huiꝰ permutatim argumentando a ad d vt b ad e: per idem erit f a ad e maior ꝓportio q̃ b f ad e. itidem ⁊ ꝓportio b f ad e maior q̃ c f ad e. et quia d ad e vt a ad b vt dictum est: et differẽtia a f ad b f est d. et differẽtia b f ad c f est e: erit ꝓportio a f ad b f maior q̃ b f ad c f. et quãto differẽtia fuerit maior: tanto dꝛia vnius ꝓportionis sup differẽtiam alterius erit maior.



26 ¶ Si quotlibet numeris in hac medietate datis: totidem alii in eadem quidẽ medietate sed non ꝑm eandem ꝓportionem sumpti: maiores minoribus addantur: inter compositorum maiores: maiorem esse ꝓportionem conueniet.

¶ Sint ꝓtinue ꝓportiõales a b c ⁊ siliter d e f: sed in mĩori ꝓportiõe. dico q̃ a d ad b e maior ꝓportio q̃ b e ad c f. Sit enim qd̃ ex a in f ꝓducit/ g. et qd̃ ex b in e/ h. et qd̃ ex d in c: k. per primam quinti ꝓportio g ad h est dꝛia ꝓportiõis a ad b sup ꝓportiõem e ad f. sed ⁊ ꝓportio h ad k est per eãdem dꝛia ꝓportionis b ad c sup ꝓportiõem d ad e. quare sicut g ad h: ita h ad k. quare per vicesimãscdam huiꝰ g et k plus sunt q̃ duplũ h. et qr qd̃ ex a in c ⁊ qd̃ ex d in f sũt q̃tũ qd̃ ex b in se ⁊ e in se p vicesimãsextam scdi erũt ergo eadez cũ g ⁊ k maius q̃ quadrata b ⁊ e cum duplo h. maiꝰ g qd̃ ex a d in c f q̃ qd̃ ex b e in se. et ideo maior ꝓportio a d ad b e q̃ que est b e ad c f p vicesimãseptimam secũdi. qd̃ est propositum.



¶ Tribus numeris in hac medietate sumptis: maximi ad mimũ et medii ad alteram differentiarum eandem esse proportionem impossibile est. 27



¶ Sint a b c tres nũeri in hac medietate: ⁊ differentie eoꝝ d et e. dico impossibile eẽ eãdẽ ꝓportiõem a ad c ⁊ b ad d vel b ad e. nam si esset a ad c sicut b ad e: ergo ꝑmutatim esset a ad b sicut c ad e. et qꝛ per vicesimam huius b ad c sicut d ad e erit ꝑmutatim b ad d sicut c ad e. quare que ꝓportio a ad b ea erit b ad d: sed a ẽ maior d. igitur per quartam secũdi b maior d. igitur que ꝓportio a ad b maiorem eius portionem erit b maioris portionis ad minorem. qõ per vndecimã quinti est impossibile ⁊ ꝓpositum.

¶ Trium numerorum huius medietatis quo maximi ad mimũ maior est proportio: eo medii ad quãlibet differentiarum proportio minor. 28



¶ Sit hypothesis vt prius. hoc enĩ ideo est q̃ quãto a ad c maior: tanto differentia b ad c erit maior quare tanto numerus e maior. et ideo ꝓportio b ad e minor sititer quanto a ad c maior tanto etiã a ad b maior et quãto a ad b maior tanto d differentia maior. quãto aũt d differẽtia maior: tãto b ad ipam proportio minor. quod est propositum.

¶ Numeros quotlibet in geometrica medietate ꝓtinuare: quoꝝ extremoꝝ ꝓportio non sit data ꝓportiõe maior: minorum ẋo differentia non sit dato numero minor. 29

¶ Diuido per sexagesimãnonam nonij ꝓportiõem datam in ꝓportiões quaꝝ quotlibet sint equales: et si differẽtia minorum sit equalis dato numero aut maior: effectum est propositum. si aũt minorum differentia sit dato numero minor. duco datum numerum in quẽlibet numerum illaꝝ proportionum et factum apparebit propositum.

¶ Si inter numeros eiusdem medietatis: ꝓm arithmeticam medietatem medii statuantur: illi quoq̃ in geometrica medietate disponẽtur. 30



¶ Sint a b c cõtinue in hac medietate dispositi: sitq̃ d medius inter a ⁊ b: et e inter b ⁊ c ꝓm arithmeticam medietatem. dico que ꝓportio a ad b: eam esse d ad e. nam ꝑ decimãnonam huius vt a ad d: ita b ad e. igitur permutatim vt a ad b: ita d ad e. quod est propositum.

¶ Si inter duos numeros medij duo proponãtur alter in arithmetica ⁊ alter in geometrica medietate: qui est scõm arithmeticam reliquo tanto amplius potest q̃tum est quadratum differentie ipius ad alterutrum extremorum. 31



¶ Ut inter a ⁊ d sint b c duo medij: scz b in arithmetica medietate/ ⁊ c in geometrica. dico b amplius tanto posse sup c q̃tũ est quadratum differẽtie b ad a aut b ad d: qõ idem est. nam ꝑ vicesimãprimam huius qõ fit ex a in d tm̃ est q̃tum quadratum c. at ꝑ tertiã huiꝰ quadratum b addit sup id qõ fit ex a in d q̃tum quadratum differẽtie a ad b. igitur ⁊ tm̃ addet sup quadratum c. quod est propositum.

¶ Tres numeros in arithmetica medietate reperire: inter quoꝝ binos ⁊ binos scõm geometricam medietatem medios assignare cõtingat. 32





¶ Sint a ⁊ b duo nũeri pares: et b aut equalis aut numerãs a. et ꝓpositus ex a ⁊ b sit c cuius duplus sit d. ducaturq̃ a in c ⁊ pueniat e. quia ꝑ primam septimi cõpositus ex a et c est par: et ꝑ duodecimam eiusdẽ e est par. ergo ꝑ sextam eiusdẽ si ꝓpositꝰ ille detrahat ab e: relinquet par. sit ergo par relictus f. et eius medietas g. et compositus ex g et c sit h. itemq̃ h et a componãt k sintq̃ l m n quadrati l: h g quos dico esse numeros quales querimus. nam ꝑ decimãquintam primi l quadratum l: addit sup m quadratum h: q̃tum est quadratum a. et qõ fit ex h bis in a. hoc est q̃tum quadratum a ⁊ qõ fit ex a in d et f. et qõ fit ex a in se et in f minuit ex eo qõ fit ex a in e q̃tum est qõ fit ex a in c. et qõ fit ex a in d est q̃tum qõ fit ex b in c. et qꝛ qõ ex a et b in e equat ei qõ ex c in e: erit qõ addit quadratum k sup quadratum h minus eo qõ ex c in e q̃tum est qõ fit ex c in a. et ex eodem patere potest q̃ quadratum h addit sup quadratum g q̃tũ qõ fit ex c in se ⁊ in f: qõ minꝰ est eo qõ fit ex c in e q̃tum est qõ fit ex c in a. quare quanto l abundat sup m tanto m abundat sup n. quare quadrati l m n sunt in arithmetica medietate constituti. et ꝑ correlarium quarte sexti inter l et m est vnus medius ꝓportiõalis: ⁊ sititer inter m ⁊ n. factum est ergo propositum.

¶ Si sumptis tribus terminis in arithmetica medietate medij inter illos ꝓm geometricam medietatem statuãtur: inter quadratos illoꝝ quadratũ medii alioꝝ in arithmetica medietate constare necesse est. 33



¶ Sint a b c numeri in arithmetica medietate cõstituti ꝑ precedentem inuẽti inter quos sint d e ꝓm geometricam medietatem. dico quadratũ medij b eẽ in arithmetica medietate inẽ quadrata medioꝝ d ⁊ e. nam qꝛ quadratum d ꝑ vicesimãsextam secũdi est q̃tum qõ fit ex b in a. q̃ per nonam primi quadratum d addet sup quadratum b q̃tum qõ fit ex b in dẋiam suam ad a. ⁊ ꝓsititer quadratum b addet sup quadratum e q̃tum qõ fit ex b in dẋiam suam ad c. sed b ad a ⁊ b ad c equalis est differẽtia: igitur quadrata numerorum d b e: sunt in arithmetica medietate. quod est propositum.

¶ Ordiatis tribus terminis in harmonica medietate: erit maximi ad mediũ: q̃ medij ad minimum maior proportio. 34

¶ Sint a b c tres nũeri in harmonica medietate ꝓstituti: sitq; a maximus. dico a ad b maiorem esse ꝓportionem q̃ b ad c. Sit enĩ d differẽtia a ad b: et e differẽtia b ad c. erit enĩ per diffinitionem d ad e sicut a ad c. et per nonam secũdi a ad c maior ꝓportio q̃ a ad b. quare a ad b minor proportio q̃ d ad e totius scz ad totũ minor ꝓportio q̃ detracti ad detractum. ergo ꝑ decimãquartam secũdi b ad c residui ad residuum minor ꝓportio q̃ a ad b totius ad totum. quod est ꝓpositum.

35 ¶ In eadem medietate duo extremi ꝓiũcti: maius medio duplicato efficient.

¶ Nam per scõam secũdi differẽtia maiorum est maior q̃ differẽtia minorum. sumpto ergo numero minore maximo extremorq; qui addat sup medium q̃tum sup mĩmum: ꝑ scõam ꝓimi ille cũ mĩmo equabunt medio duplicato. igitur per cõem sciẽtiam maximus extremorum qui eo est nũerus maior cũ eodem mĩmo constituet numerum medio duplicato maiorem. quod est propositum.

36 ¶ In eadem medietate qõ cõtinetur sub extremis est q̃tum quadratum medij cũ eo quod fit ex differentia in differentiam.

¶ Sint vt ꝓius a b c tres numeri in hac medietate cõstituti: et eorq; differẽtie d z e. dico qõ fit ex c in a esse tm̃ q̃tum quod fit ex b in se cũ eo quod fit ex d in e. nam qõ fit ex c in a est tm̃ q̃tum quod fit ex c in b z in d per nonam primi. et ꝑ vicesimãquintam secũdi qõ fit ex c in d est q̃tum qõ fit ex e in a. et qõ fit ex e in a q̃tum qõ ex e in b et d. et quod ex e z c in b per decimam primi q̃tum quod ex b in se. ergo quod fit ex c in a est q̃tum qõ b in se et e in d. quod ꝓponitur.



37 ¶ In eadem quoq; medietate quod fit ex medio in extremos: duplum est eius quod continetur sub eisdem.

¶ Nam quod fit ex b in a est q̃tum quod ex c in a et e in a per decimam primi. et q̃ ex e in a q̃tũ quod ex d in c per vicesimãquintam secũdi z ꝑ decimam primi itẽq; quod ex d in c cũ eo quod ex b in c q̃tum quod ex a in c. quare q̃tum quod ex c in a. est itaq; quod astruitur notum.



38 ¶ Inter vnitatem z aliquem numerum: siue inter numeros in sua ꝓportiõe mĩmos: scõm harmonicam medietatem non est assignare medium.

¶ Inter numerum z vnitatem non assignabil. nam cũ que ꝓportio numeri dati ad vnitatem ea esset differẽtie numeri dati ad medium ad differẽtiam medij ad vnitatem. et dr̃ia numeri dati ad medium minor eẽt numero dato: oporteret medij numeri dati z vnitatis ad vnitatem: minorem eẽ differẽtiam vnitatis. de numeris aũt in sua ꝓportiõe mĩmis idem statim patet. nam cum eadem eẽt differentie ad differentiam que illorq; nũerorũ adinuicem ꝓportio z eorq; differentie sint minores. illi ergo non essent in sua proportione minimi. quod est ꝓtra hypothesim.



39 ¶ Scõm datam proportiõem: musicam inuenire medietatem.

¶ Sint a z b extrema date proportiõis: et c differẽtia eorq; et cõpositus ex eis sit d. ducãtur igit̃ a et b in d et pueniãt e z f. sitq; eorq; differẽtia g. quã ꝑ nonam primi d nũerabit ꝓm c. et quia d est tanq̃ a z b ergo c ductꝰ in a z in b facit g. et eo quod fit ex c in a quod sit h: dempto de g remaneat l z: quẽ ꝓducet b in c. sumatur ergo l medius inter e z f cuius differentia ad e sit h: certum est differentiam eius ad f esse k. et quia per septimam secũdi h ad k tanq̃ a ad b. et per octauam eiusdem etiam e ad f tanq̃ a ad b. constat ergo per diffinitionem factum esse propositum.

40 ¶ Terminis extremis ꝓposit: medium inter eos ꝓm harmonicam medietatẽ repire.

¶ Sint a z b extremi harmonice medietatis quorq; iubear medium inuenire. capio eorq; differentiam que sit c: et cõpositum ex ipsis qui sit d. deinde duco a in c et pueniat e qui diuidatur ꝑ b: et diuidens sit f. eritq; per cõuersam vicesime quinte secundi que proportio d ad a eadem c ad f. dempto ergo f de c remaneat g. eritq; f ad g sicut a ad b. quod ostẽdo. nam qz sicut d ad a: ita c ad f. ergo ꝑmutatim d ad c totus ad totum vt a ad f detractus ad detractum. quare itẽq; vt a ad f: ita b ad g residuus ad residuũ. ergo permutatim a ad b sicut f ad g. sumo igitur inter a z b medium numerum cuiꝰ differẽtia ad a sit f. et quia relinquetur differentia eius ad b esse g: per diffinitionem cõstat factum esse propositum.



41 ¶ Si inter duos numeros duo statuantur medii: alter ꝓm arithmeticam z alter scõm harmonicam medietatem: qui ꝓm arithmeticam maior est z q̃ maximi ad ipm eadem alterius ad minimum proportio.

¶ Sint extremi a b. et mediꝰ ꝓm arithmeticam medietatem c. et ꝓm harmonicam d. dico c eẽ maiorẽ d: et eam eẽ ꝓportiõem a ad c q̃ d ad b. q̃ aũt c maior sit d: statim patet q̃ ꝑ diffinitiõem ea sit ꝓportio dr̃ie a ad d ad dr̃iam d ad b que a ad b. sed dr̃ia a ad c z c ad b equãtur: ergo maior erit dr̃ia a ad d q̃ a ad c. et q̃ ea sit ꝓportio a ad c que d ad b patet. nam ꝑ quintam huiꝰ c est medietas a z b sil'iunctorum et per tricesimamseptimam huius quod ex d in a z in b ꝓducitur duplum est ad id quod fit ex a in b. igitur qõ fit ex d in c dimidium per scõam primi a z b: equabitur ei qõ fit ex a in b. igitur ꝓvicesimam quintam secundi a c d b sunt proportionales vt dicitur. quod est propositum.



42 ¶ Si inter numeros proportionales medii ꝓm harmonicam medietatem statuãtur: extremorum ad illos erit proportio vna.

¶ Sit ꝓportio a ad b sicut c ad d. et sit e medius harmonice inter a z b. et siliter f medius inter c z d. dico a ad e sicut c ad f. Sint enĩ dr̃ie g h et k l. qz q̃ ꝓportio a ad b ea est c ad d. et q̃ a ad b ea est g ad h. et que c ad d ea ẽ k ad l. idcirco erit g ad h vt k ad l. quare ꝑmutatim g ad k vt h ad l. quare ꝑ vicesimã



secūdi g h ad k l sicut g ad k. et itez qz pmutatim a ad c sicut b ad d: erit per idem a ad c sicut g h ad k l quare sicut g ad k. et qz a z c sūt tota et g z k detracta: erit ergo e ad f residuus ad residuum p quitam secundi vt a ad c totus ad totum. quare pmutatim a ad e sicut c ad f. quod est propositum.

¶ Si inter duos numeros alij duo medii ꝓportionaliter sumantur: sumaturq; maior fm arithmeticam medietatē: sumetur minor fm harmonicam. q; si minor fm harmonicam: maior fm arithmeticam sumetur. 43



¶ Sit enim a ad c sicut d ad b. et c maior sit medius fm arithmeticam medietatem inter a z b. dico d esse medij fm harmonicam medietatē inē a z b. et ꝓuertitur. Sumo enī p quadragesimāprimā huiꝰ e z f q̄ sint in ꝓportiōe a ad b. inter q̄s sit g fm arithmeticam medietatē mediꝰ / z h fm harmonicam. quia igit p quadragesimāprimam e ad g sicut h ad f. et p decimānonam huius e ad g sicut a ad c. q̄re cū d ad b vt a ad c: et h ad f vt e ad g. erit g h ad f vt d ad b. sed z qz h est medius harmonicus ad quem f extremum habet eam proportiōem q̄ b ad d: facile p precedentem inuenies d eē in harmonica medietate inter a et b. cōuersum aūt facile ꝓbabis per quadragesimāprimā huiꝰ ostēdēdo medij arithmetice medietatis quēcunq; inuentum: esse equalem c maiori.

¶ Numeros quotlibet in arithmetica medietate ꝓtinuare: inter quoz binos z binos fm harmonicam medietatem possint assignari medij. 44

¶ Ut si iubear continuare tres numeros in arithmetica medietate inter quoz binos z binos possint assignari in harmonica medietate medij. capio a b c totidem numeros in arithmetica medietate cōstitutos: quoz differētia sit par: z inter illos sumātur medij in eadem medietate qui sint d z e. et multplicentur oēs per e. et ꝓueniant f / g / h / k / l qui p decimāseptimam huius erūt in arithmetica medietate. ducaturq; itez c in b z fiat m. et quia p septimam secūdi que ꝓportio c ad e ea est h ad k. et p octauam eiusdem itez q̄ c ad e ea est m ad l. et inter h z l numerus k maior est in arithmetica medietate mediꝰ. igitur p precedētem m est medius inter h z l in harmonica medietate. multiplicētur item oēs hi per d: et ꝓueniāt n / o / p / q / r / s et erūt vt prius n / o / p / q / s in arithmetica medietate: et r inter p z s in harmonica medietate. ducatur item a in h z ꝓueniat t. et eadem rōne qua prius mōstrabis ipm eē medij in harmonica medietate per precedentem inter n z p. sicq; erūt ꝓtinuati vt ꝓpositum est in arithmetica medietate numeri / factūq; apparebit propositum. ¶ Et si de pluribus ageretur: quoties erit apponendus medius harmonicus: toties facienda erit modo predicto multiplicatio.

¶ Duobus numeris ad alios duos proportionalibus: vtrozūq; alterū inter reliquos medium esse in harmonica medietate: est impossibile. 45

¶ Ut sit a ad b sicut c ad d: dico c nō eē medium fm medietatem harmonicam inter a z b: neq; b inter c et d. si enī possibile sit: esto ergo c in harmonica medietate inter a z b: et b inter c z d. quia enī a ad b sicut c ad d. et inter a z b et c z d numeros quidē ꝓportionales: ꝓstituūtur c z b medij fm medietatem harmonicam. igitur per quadragesimam secōam huius erit proportio a ad c sicut c ad b maximi scz ad medium que medij ad minimum. quod per tricesimāquartam huius est impossibile et propositum.

¶ Si tres numeri in arithmetica medietate sumpti aliquem numerum numerent: illi fm quos cum numerant in ordine harmonice medietatis inuenētur. 46

¶ Sint a b c in medietate arithmetica sumpti: numerētq; d fm e f g. dico e f g esse in harmonica medietate ordinatos. Sint enī tres dupli eoz h k l qui et iidem erūt vt patebit in harmonica medietate et sit m inter h z l in arithmetica medietate medius. qz enī a in e z c in g cōstituūt d: ergo p vicesimam quintam secundi que ꝓportio a ad c ea est g ad e: et que g ad e per quintam secūdi ea est l ad h. sed per decimānonam huius l ad m sicut a ad b. et qz per eādē vicesimāquintam secūdi a ad b sicut f ad e: erit ob hoc l ad m sicut k ad h. sed p quadragesimātertiam huius k est medius harmonice inter l z h. igit et f harmonice medius inter g z e. quod est propositum.

¶ Numeros quattuor perscrutari: quoz secundus inter primum z tertium: z tertius inter secundum z quartum in harmonica medietate cōstituatur. 47



¶ Sint a b c d quattuor numeri in arithmetica medietate cōstituti qui numerent eūdem numerum e fm f / g / h / k. dico f g h k esse quattuor numeros quoz g secūdus est in harmonica medietate inter f z h primum z tertiū. et h tertius itidem eē in harmonica medietate inter g z k scōm z quartum. nam qz tres nūeri a b c in arithmetica medietate ꝓstituti numerant e fm f / g / h: ē per precedētem f / g / h sunt in harmonica medietate. et per idem quia b / c / d tres alij arithmetice medietatis numerant eundem e fm g / h / k. ergo g h k sunt in harmonica medietate. est igit vt ꝓponebat g medius harmonice inter a et h: et h itidem medius harmonice inter g z k. quod est propositum.

¶ Si tres numeri geometrice medietatis aliquem numerum numerent: et illos scōm quos numerant in eadem inueniri necesse est. 48



¶ Ut sint a b c in geometrica medietate ꝓstituti q̄ nūerent d fm e / f / g: dico g / f / e in eadem ꝓportione reperiri. nam pervicesimāquintam secundi vt a ad b ita f ad e: et per eandem vt b ad c ita g ad f. quare erit e ad f vt f ad g: et f in geometrica mediate medius. quod est propositum.

¶ Si tres numeri musice medietatis aliquem numerent: illi fm quos cum numerant in arithmetica medietate disponētur. 49

¶Hec est ꝓuersa quadragesimesexte. sint ergo a b c in harmonica medietate dispositi qui numerent d fm e f g. dico e f g esse in arithmetica medietate constitutos. Sumo h l2 l duplos ad a b c qui siliter erũt in harmonica medietate ⁊ in medium fm arithmeticam medietatem inter h ⁊ l. eritq; ꝑ quadragesimãprimam huius h ad m sicut l2 ad l. quare sicut g ad f adiuuãte vicesima quĩta secundi. sed ⁊ per eãdem vicesimãquĩtam scõi cognoscet g ad e sicut h ad l. sed h ad m medium: sicut g ad f suũ medium et m ad l vt f ad e. igitur per decimãnonam huius f medius erit in medietate arithmetica inter g ⁊ e. quod est propositum.



50 ¶Quotlibet nũeros in geometrica medietate fm datam ꝓportiõem ꝓtinuare: inter quoꝝ singulos fm harmonicam medietatem medios assignare sit possibile.

¶Per tricesimãnonam huiꝰ sumãtur fm datam proportiõem a/b/c tres numeri in harmonica medietate: et sint d e terminꝰ ꝓportionis a ad c. et ducat d in oẽs illos ⁊ pueniant f g h qui ꝑ septimam secũdi erunt in eadẽ medietate q̃ per correlarium eiusdem septime differẽtie f ad g ⁊ g ad h sint equemultiplices ad d e. ducatq; e in c ⁊ pueniat l2. eritq; ꝑ octauam secũdi f ad h sicut h ad l2. Itẽ ducatur e in b ⁊ pueniat l. eritq; l ad l2 sicut b ad c. quare l harmonice medi⁹ inter h ⁊ l2. sicq; habes duos fm datam ꝓportiõem geometrice ꝓtinuatos: inter quos ⁊ duo medij harmonice medietatis sunt inuẽti. ¶Si plures desideras duc d in oẽs inuẽtos ⁊ e in duos extremos ⁊ habebis tres ĩ medietate geometrica ꝓtinuatos ⁊ inter binorũ singulos ea rõne qua ꝓius medios in harmonica medietate sumptos et hoc quoq; pacto quotquot voles inuenies.



51 ¶Tres numeros in harmonica medietate disponere: ita vt iter binos ⁊ binos medii fm medietatem geometricam cõsistant.

¶Scõm exigentiam tricesimesecunde huius inueniãtur a b c tres numeri in arithmetica medietate ꝓstituti: inter quos sint d ⁊ e in geometrica medietate. et sit f numerus quẽ oẽs numerant: numerẽtq; eum fm g h l2 l m. et patet ꝑ quadragesimãsextam huius g/l2/m eẽ in harmonica medietate: sed ⁊ per quadragesimamoctauam huiꝰ h inter g ⁊ l2: et l inter l2 ⁊ m erũt in geometrica medietate. sicq; patet effectum propositum.



52 ¶Primam residuarum medietatum: in numeris constituere.

¶Hec a geometrica sumitur. Et sint a b c in geometrica medietate ita tamen vt c minimus sit maior q̃ dꝛia maiorum. substrahat igitur differẽtia maiorum ab c mĩmo/⁊ residuũ sit d. dico b c d eẽ in hac ꝓima collateralium medietatum ꝓstitutos. nã quia a b c sunt in geometrica medietate cõstituti: ideo que ꝓportio a ad b: ea est ꝑ vicesimam huius differentie maiorum ad differentiam minorum. sed differentia a ad b est eadem differentie c ad d. igitur differentia c ad d minorum ad differentiam b ad c maiorum sicut a ad b. quare sicut b ad c maximi ad medium. per diffinitionem itaq; patet ꝓpositum.



53 ¶Secunde inuentionem declarare.

¶Sint vt ꝓius a b c in geometrica medietate quoꝝ differentiam minorum addo ad a. et ꝓpositũ sit d. dico d ad b esse in secũda reliquaꝝ medietate. nam per vicesimam huius que ꝓportio a ad b ea erit differentie maiorum ad differentiam minorum nũerorũ in geometrica medietate ꝓstitutoꝝ. et eadem est proportio differẽtie a ad b ad differẽtiam a ad d. igitur per diffinitionem cõcluditur propositum.



54 ¶Tertiam carũdem in numeris assignare.

¶Hec etiam habetur ꝑ geometricam medietatem. sit ergo precedẽtium hypothesis ⁊ maiorum differẽtia dematur ab b medio: sitq; residuum d. dico b/c/d esse in tertia medietate. nam que differẽtia a ad b: ea est b ad d. igitur que ꝓportio differẽtie a ad b ad differentiam b ad c ea est differẽtie c ad d ad differentiam b ad c. quare que ꝓportio b maximi ad c medium: ea est differentie b ad d extremorum ad dꝛiam b ad c maiorum. cõstat igit ꝑ diffinitionem b c d eẽ in ꝓposita medietate. qd̃ est ꝓpositum.



55 ¶Quartam in terminis manifestare.

¶Sint a b quilibet duo numeri: et cõpositus ex ipis sit c. dico c/a/b eẽ tres terios in hac quarta medietate datos. qꝛ enĩ dꝛia c ⁊ b extremoꝝ: est a. et dꝛia c a maiorũ: est b. q̃ que ꝓportio a ad b mediꝰ ad mĩmũ: ea erit dꝛie extremoꝝ ad dꝛiam maiorum. per diffinitionem itaq; ꝓstat factum esse ꝓpositum.



56 ¶Quinte demonstrationem explicare.

¶Hec a geometrica medietate elicitur. Sint igitur vt ꝓius a b c tres nũeri ĩ geometrica medietate quoꝝ c mĩmo addo differentiam maiorum: et cõpositus sit d. dico d b c esse in ꝓposita medietate. nam differentia d c extremorum est differentia a ad b: igitur adiuuante vicesima huius que ꝓportio b ad c mediꝰ ad minimum: ea erit differentie d ad c extemorum ad differentiam b ad c minorum. Itaq; per diffinitionem demonstratum est propositum.



57 ¶Sextam sub exemplo demonstrare.

¶Hec ex harmonica cognosci potest. Sint a b c in harmonica medietate: ꝑ diffinitiõem que ꝓportio a ad c ea est dꝛie maiorum ad dꝛiam minoꝝ. capio nũerum d inter a ⁊ c: cuius dꝛia sit ad a que b ad c. erũt itaq; trãsmutate differẽtie. quia que differentia a ad b maiorum: ea est d ad c mĩorum. ⁊ que b ad c minorum: ea erit a ad d maiorum. dico itaq; a d c esse qui petũtur. nam que ꝓportio a ad c extremoꝝ ea est differẽtie d c minorum ad differentiam a d maiorum. per diffinitiõem igitur patet effectum esse ꝓpositum. Quod si capite secũdi sue arithmetices diuus Seuerinus testatur huic medietati quam suo ordine quartam ponit ꝓpꝛium esse vt qd̃ cõtinetur sub maiore terio ⁊ medio duplum sit ei quod

cõtinetur sub medio ⁊ paruissimo: hoc indubitatũ est per septimam secũdi quoties maximi ad mimũ est habitudo dupla/alioquin per eandem non teneat sed per eandem semper que ꝓportio maximi ad mimum ea erit eius quod cõtinetur sub maximo ⁊ medio ad id qõ continetur sub medio ⁊ mimo/imo id omni medietati cõmune est.

¶ Septime terminos inuestigare. 58

a——9 a——9
d——7 b——6
b——6 c——4

¶ Hec ex geometrica. Sint a b c tres numeri in geometrica medietate ab a maximo eoꝝ substraho differentiam minorum ⁊ sit residuum d. et patebit vt prius que ꝓportio a ad b maximi ad mimũ: eam esse differentie extremoꝝ ad differentiam maiorum. quare per diffinitionem constabit propositum.

¶ Octauam demum restat explanare. 59

a——9 a——9
d——8 b——6
b——6 c——4

¶ Hec etiam ex geometrica. Sint sepius dati numeri a/b/c in geometrica medietate: et minorũ differentia addatur medio: fiatq; compositus d. dico a/d/b esse in hac vltia medietate. nam que ꝓportio a ad b maximi ad mimum: ea est a diuuãte vicesima huius differẽtia a ad b extremorũ ad differẽtiam d b minorũ. nam equatur differentie b ad c. igitur per diffinitionem a/d/b sunt in hac medietate. sicq; constant octo collaterales medietates monstrate.

¶ Trium numerorum maximi ad medium: atq; differentie maximi ad minimum ad differentiam medij ad ipm: eandem esse proportionem impossibile est. 60

a——8 d——6
b——4
c——2 e——2

¶ Sint a/b/c tres diuersi numeri quicũq; quoꝝ a sit maximus/b medius/et c mimus: et differentia a ad c sit d. et differentia b ad c sit e. dico impossibile esse eandem ꝓportionẽ a ad b maximi ad medij que d ad e differentie maximi ⁊ minimi ad differentiam medij ad mimum. nam si ea ꝓportio sit a ad b que d ad e totius scz ad totum que detracti ad detractũ: erit c residui ad c residuũ: que a ad b totius ad totum. est enim c vtriusq; residuum. quare a et b idem sunt numerus atq; equales. quod est contra hypothesim.

¶ Si inter duos numeros sumãtur tres medij: vnus fm arithmeticam medietatem: et vnus fm geometricam: et tertius fm harmonicam: arithmeticum maximũ: ⁊ harmonicum mimum: atq; inter illos geometricum medium esse ꝓportiõalit̃ est necesse. 61

a——10 d——40
h——25
g——20
b——8 e——16
c——5 f——10

¶ Sit a ad c ꝓportio quecũq; que potest in duo equa diuidi. vt exempli causa quadrupla inter cuius extrema per tricesimãnonam huius sit inuentus b in harmonica medietate duplo a b et c ⁊ queniant d/e/f qui ꝓsiliter erũt in eadem medietate. et quia per septimam secũdi d ad f vt a ad c: et a ad c posita est partibilis in duas equas ꝓportiones: partietur etiam d ad f in equas. diuidatur igitur per g. erit igitur d ad g vt g ad f. quare g per diffinitionem medius est geometricus inter d ⁊ f. et quia f ⁊ d sunt pares: ipsorũ simul iunctorum capio medietatem que sit h: que per quintam huius est in arithmetica medietate inter d ⁊ f. habemus igit̃ inter duos numeros d et f tres medios h g e scz h in arithmetica medietate/g in geometrica/⁊ e in harmonica demõstratos. qõ supponebat ꝓpositio. dico igitur d esse maximum mediorum: et e mimũ: et g medium ꝓportiõaliter atq; geometricum inter h ⁊ e. nam quia h est medius inf d ⁊ f fm arithmeticam medietatẽ ⁊ e fm harmonicam: ergo p quadragesimãprimaꝝ huius h maior est q̃ e. et que ꝓportio d ad h ea est e ad f. igitur per vicesimãquintam secũdi qõ fit ex d in f: equũ est ei qui fit ex h in e. sed quia g est medius ꝓportiõalis inter d ⁊ f: igitur per vicesimãsextam eiusdem quod fit ex d in f: equũ est ei qui fit ex g in se. quare quod fit ex g in se tm̃ est q̃ tum quod ex h in e. igitur per secũdam partem eiusdem vicesime sexte secundi h g e sunt proportiõales. quare h erit maximus: g medius proportionalis: ⁊ e minimus. quod intendebat propositio.

¶ Duos numeros quoꝝ ꝓportio non sit data proportione maior / inuestigare: inter quos fm tres dictas medietates medios assignare sit possibile. 62

¶ Datam proportionem quãcunq; diuidamus per sexagesimãnonam noni in quotlibet ꝓportiones: quaꝝ due sint equales: que ꝓposite nõ sint data proportiõe maior. fm igit̃ illam ꝓportiõem ꝓpositam quero medium harmonicum fm exigentiam tricesimenone huius et oĩno consimiliter operãdo vt in principio precedentis factum est inueniam tres medios modo qui in precedenti dictus est; inter duos numeros quoꝝ proportio non erit data proportione maior. sicq; constabit propositum.

¶ Decimi elementorum arithmetices Jordani finis.

¶ Jacobi Fabri Stapulensis Elementa Musicalia ad clarissimũ virũ Nicolaum de haqueville inquisitorium Presidẽtem.

Ecreuerã clarissime vir nulli meas elementorꝫ musicaliũ qualescunꝫ sunt prius dicare vigilias: ꝗ probatas cognouisse. Cuis id me mime lateret/demõstrationes: in quibus vel solis vis scientie cõsistit: nõ probari non potuisse. Verũ si presentiũ iudicia parui ducis/reputasꝫ: hi tibi ex ãtiquis sũmopere musicos cõmendare laborẽs iure valebunt.

Mercurius	Tamyras	Ptolomeus
Orpheus	Hysmenias Thebanus	Eubolides
Pythagoras Samius	Terpander lesbius	Hippasus
Amphion thebanus	Lycaon Samius	Aristoxenus
Linus	Prophrastus Periotes	Philolaus Pythagoricus.
Arion lesbius	Estiacus Colophonius.	Archytas tarentinus
Mydas Phrygius	Tymotheus milesius	Albinus
Corebus lydius	Nicomachus	Diuus Seuerin⁹ Boecius.
Hyagnis Phryx	Plato	
Marsias	Aristoteles.	

Et similium ꝗplurimi quos oẽs eterna memoria disciplinarũ eblãditissima Musica reddidit isignes inter quos: duos pceptores meos Jacobũ Labiniũ ⁊ Jacobũ turbelinũ ãnumero: tanꝫ ea arte posteritati victuros. Comẽdant ⁊ eã mirifici eius effect⁹. Pythagorici enĩ animorꝫ ferociã tibiis/fidibusꝫ emollicebant. Esclepiades fremẽtis vulgi seditiones crebro cantu compescuit. Idẽꝫ tuba surdis medebatur. Damon pythagoricus ebrios et proinde petulãtes adolescẽtes: grauiorib⁹ modulis ad tẽperantiam reduxit. Febrẽ ⁊ vulnera: musica modulatione curauit antiqtas Eadẽ quoꝫ suauitate schias/corpendicũꝫ dolores emẽdauit: qõ hismenias theban⁹ tẽtasse memoratur. Theophrastus ad animi pturbationes moderãdas musicos adhibuisse memorat modulos. Nec iniuria quidẽ. est enĩ musica vt quedã moderationis lex atꝫ regula. Quamobrẽ bono iure eos ridebat diogenes musicos: qui cũ citharã ad harmonicos cõsensus haberent temperatã: animũ gererent incõpositũ et prorsus harmonia vite destitutũ. Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberauit. Tales Cretensis suauitate citharę: morbos/pestilentiãꝫ fugauit. Terpãder et arion Alones ⁊ lesbios cantu a grauissimis morbis leuasse: diuus Seuerinus autor est. Herophilus medicus egrorum venas musicis pensiculabat numeris. Tymotheus aũt musicus dum voluit efferatũ reddidit alexandrũ ad armaꝫ furentẽ atꝫ aliter cũ libuit ab armis ad cõuiuia retraxit emollitũ. Thracius Orpheus feraꝫ sensus fidibus/cãtuꝫ inflexit. hoc est ferinos hoim mores leges ad citharã canendo ad moderatã humanitatẽ reduxit. Cerui fistulis capiũtur studioꝫ modulationũ detinentur. Cygni hyperborei citharę cãtibus alliciũtur. Elephãtes indi organica dulcedine permulcẽtur. Auicule fistulis irretiũtur. Teneros adhuc infantiũ sensus permouent cãtus/crepitaculaꝫ vagientũ sedãt. Delphinos suis sibi fidibus cõciliauit arion Serpẽtes cãtibus rũpuntur. Sepultorꝫ manes cantibus excitãtur. In actiaco littore mare citharã personare memorãtur. Megaris citharã personat saxũ: et ad cuiuslibet pulsantis ictum fidicinat. Et possem pleraꝫ talia vir clarissime ad musicã cõmendationẽ adducere. at tot/tantisꝫ ⁊ recentiũ ⁊ priscorꝫ cõmendatã autoritatibus tibi nũc ab me atꝫ bonarũ litterarꝫ studiis dicatã disciplinã: equo suscipias animo tuis auspicis lucem habiturã. Et me vnum inter tuos cliẽtulos tuarum virtutũ/tuiꝫ nominis obseruatorem esse cognoscito. Vale.

¶ Jacobus Stapulensis Jacobo Labinio ⁊ Jacobo Turbelino Musicis: suis charissimis preceptoribus.

Quod inter oratorē atq; rhetora: id inter cantorem ⁊ musicum interesse volunt: neq; oratorem quemq; dici mereri qui idem rhetor non sit. ita vestruz semper iudicium fuit: vt ne cantor quidē dici mereatur vnq;: qui idem musicus non fuerit: pulchre mimos/ et hystriones a cantorum honesto cetu sequestrātes tanq; Epicureos a sobria mensa/ castoq; philosophorū dogmate. nec iniuria nam Homerus diuinus Poeta vbiq; doctum et seria modulatū introducit cantorem vt apud Odysseam vbi Penelopē Phemiū Fidicinē ad neruos verba mouētem his verbis allocutam effingit.

Preterea illachrimans diuum est affata canentem
Phemi multa tenes hominum mulcentia pectus
Facta hominum atq; deum: et que laudē autoribus addunt.

Ex iis pange aliquid.

Et quales Homerus probat: vos minime tales esse dubito vt qui dudū a vobis pria musices rudimenta perceperim. Quapropter ad vos nostros labores examinandos cōmitto. quos eo libentius me suscepisse fateor: quo musicalē scientiā neq; apud grecos neq; latinos quidē vnq; elementis traditam esse legerī: at introductiones q̄plurimas inter quas ea omniū nobilissima est quam diuus Seuerinus Boecius sui monumentū reliquit. quem vnū in hac re preserti delegi meorū studiorū ducē. Si ergo probaueritis satis michi est. In re enim nostra malumus aliorū iudicia sequi: q̄ propria probare. Valete.

Antiqui qui de musica scripserunt		Insignes ex recentioribus qui de eadē scripsere.
Democritus	Plato	Ibinus
Heraclides ponticus	Aristoteles	Diuus Seuerinus
Thimotheus milesius	Theophrastus	Basilius
Philolaus Pythagoricus	Nichomacus	Hylarius
Architas tarentinus	Aristoxenus	Augustinus
Duo Theodori	Ptolomeus	Ambrosius
Xanthus athenienſis		Gelasius.

Argumentum quattuor librorū musices.

¶ Primus liber interualla musicis modulationibus acōmoda discutit. multiplex: duplare/ triplare/ quadruplare. superparticulare: sesqualtex/ sesquitertiū/ sesquioctauū/ bis sesquioctauū/ ter sesquioctauū/ quater sesq̄octauū/ quinq̄ies ⁊ sexies sesquioctauū

¶ Secundus de tono/ integro toni dimidio/ semitonio minore/ semitonio maiore/ cōmate/ schismate/ atq; diaschismate.

¶ Tertius de sesquitono/ ditono diatessarū/ diapente/ diapente ⁊ tono/ diapason/ diapason ⁊ trisemitonio/ diapason et ditono/ diapason et diatessarō/ diapason ⁊ diapēte/ diapason diapente ⁊ tono/ disdiapason/ ac integro toni ⁊ cōsonantiarū oīm dimidio. Et de maximarum Harmoniarum consonantiis: et quarundā medietatum.

¶ Quartus de monochordo/ tetrachordo/ pentachordo/ heptachordo/ octochordo/ pentadecachordo/ diatonicis/ chromaticis/ enarmonicis melodiis. Et de melodiarū modis. et hec sub breuitate contracta: argumentū libri sunto.

¶ Jacobi Fabri Stapulensis Elementorũ musicaliũ ad clarissimum virum Nicolaum de haqueville presidentem parisiensem liber primus.

Interuallum est soni grauis / acutiq; spaciorum habitudo.
Spacium vocamus neruũ / chordam / expiratum aerem / et quidquid simile est: a quo sonum elicimus.
Multiplex interuallũ est quoties maius spaciũ continet minus pluries. vt bis: et duplex interuallum dicitur. vt tertio: et dicitur triplex. vt quarto et quadruplex nuncupat̃. ⁊ hoc pacto deinceps
Interuallum superparticulare est cum maius continet minus: et partem eius aliquam.
Pars est que metitur totum: ipsum aliquoties sumpta restituens.
Si maius continet minus et eiusdẽ dimidium: sesqualterũ nominatur interuallum.
Si maius continet minus et minoris partem tertiam: dicitur sesquitertium.
Si vero cõtinet minus et eiusdẽ minoris partem octauã: epogdoum / sesquioctauũq; nominatur. Et ita reliqua superparticularia iterualla: perfacile est diffinire: seo parũ musico conducunt proposito.
Superpartiens autem diceretur interuallum: si maius contineret minus et minoris partes aliquot: que partẽ vnam non efficiunt.
Numeri sunt adinuicem primi: quos sola metitur vnitas.

Dignitates.

1 Quidquid metitur alterum: metitur et omne mensuratũ ab illo.
2 Compositum in ea resoluitur simplicia: ex quibus componitur.
3 Cuiuslibet numeri pars est vnitas: ab eo denominata.
4 Vnitas in quemcunq; numerum ducta: ipsum producit.
5 Quidquid metitur detractum et residuum: metitur ⁊ totum.
6 Quecunq; vni et eidem equa sunt: ⁊ ea inter se sunt equa.
7 Et que inter se sunt equa: eiusdem sunt eque multiplicia aut submultiplicia.
8 Eorum quorum tota sunt equa: et dimidia sunt equa.
9 Quidquid bis auctum aliquid transcendit: id vltra illius dimidiũ esse necesse est.
10 Et quod duplicatum non implet integrum: id profecto non continet dimidium.
11 Omne totum est maius sua parte.

¶ Petitiones.

1 Data equali chorda: que spacij ad spaciũ proportio est: eam esse ⁊ soni ad sonum.
2 Inter numeros sola vnitate distantes: nullum intercipi posse medium.
3 Spacium quodlibet in quotlibet equas partes diuidere.
4 Totum ad suam partem / et laxius ad se tensum: grauiorem sonum edere.
5 Omnem proportionem esse tanq; numeri ad numerum.
6 Si numerus numerũ datum multiplicet: idẽq; productũ diuidat: numer̃ datũ redire
7 Si numerũ datũ numer⁹ diuidat: ⁊ qd̃ puenit rursus multiplicet: numer datũ redire.
8 Extremorũ proportionẽ ex mediorũ proportionib⁹ vt suis partibus esse compositã.
Extremi ordinatarũ proportionũ: maximus / minimusq; terminus intelliguntur.

¶ Sciẽtia subalternata qualis ad Arithmeticã Musica est: principiis et demõstratis scientie prioris subalternãtisq; vtitur. at studuimus vt q̃ fieri potest rarissime id in hac disciplina fiat. verum plerũq; vbi oportunũ videbitur alio q̃ in arithmeticis factũ est vtemur demõstrandi mõ: quo singula magis ex propriis facta videãtur q̃uis arithmetico suffragio atq; iis que in arithmeticis monstrata sunt eadem prõptius faciliusq; fierent: attamen quando id fiet ⁊ quando nõ sequentibus demõstrationibus cuilibet per q̃ perspicuum euadere poterit.

¶ Si interuallum multiplex binario multiplicetur: id quod fit ex hac multiplicatione interuallum multiplex est. 1

d	e	c	
16	8	4	Multiplex ex duplatione.
4	2		Multiplex interuallum.
A	B		

¶ Interuallum binario multiplicare: est interualli habitudinem duplare que quo pacto duplāda sit dudum tertia propositione quinti Arithmetices notum esse potest. vt si a b sit interuallum quodcūq; quod binario multiplicare iubeamur: ipsum per tertiam quinti multiplicabimus si ducimus a in se et b in se prouenianteq; d c eritq; productorum d et c duplex interuallum interuallo producentiū a b. Q; si rursum ducimus a in b prouenianteq; productum e erit per sextam quarti que proportio d ad e ea dem e ad c et interuallum d c in duo equa partitum. Sed esto nunc vt interuallum a b sit multiplex quēadmodum proponit propositio quod modo pauloante dicto: binario multiplicetur: sitq; duplum d c et ea proportio d ad e r e ad c: dico interuallū d ad c esse multiplex. Nam cum a ad c multiplex sit interuallum cum geminatur manifestum est multiplex addi multiplici quare per vicesimā secundam noni Arithmetices statim notum est interuallum compositum multiplex esse. r propositū. Sed idem aliter hic demonstratur. Quoniā enim que proportio a ad b ea est d ad e et e ad c. nam vtraq; proportionis duplate a ad b medietas. Proportio aūt a ad b posita est multiplex: igitur et proportio d ad e multiplex est. metiē igitur per diffinitionē multiplicis: e ipsum d vel bis vel ter vel deinceps. Et eodē quoq; iure c toties metitur ipsum e. quare r c per primū communē conceptū etiam metitur ipsum a. Quicquid enim alterū metitur: metitur et omne quod mensuratū est ab illo. est itaq; per diffinitionē interuallum a c multiplex. quod erat ostendendum.

¶ Si fuerint termini ꝓportionaliter constituti: cum primus fuerit vltimo cōparatus si primus vltimum fuerit mensus: metietur et secundum. 2

2	4	8	1	2	4	A b c tres termini proportio-
a	b	c	d	e	f	nales quorū a numerat b.

¶ Tametsi hanc decimatertia quarti demōstret sufficienter: eam tamen āplius hoc in loco volumus manifestare. Sint enim a b c termini proportionabiliter constituti et a numeret c: dico idem a numerare b. capio enim d e f terminos in ea proportione minimos. Quoniā enim d ad e vt a ad b: et e ad f vt b ad c. igitur per equam proportionalitatē quam vicesima prima secundi Arithmetices monstrat d ad f vt a ad c. sed a per hypothesim metitur c: igitur et d metietur f. At quia d e f positi sunt in sua proportione minimi. ergo per quintam quarti d et f sunt adinuicem primi. Et cum d seipsum metiat pariter et f per diffinitionē d est vnitas. At vero cum vnitas sit omnis numeri pars: d ergo metietur e Et cum a ad b vt d ad e: metietur igitur a ipsum b secundū terminum: quod erat cognoscendum atq; propositum.

¶ Si interuallum binario multiplicatū: multiplex effecerit interuallum: ipsum quoq; multiplex erit. 3

2	4	8	A b interuallum binario multiplicatū
a	b	c	multiplex efficiens.

¶ Hec est conuersa prime: cuius hec est ratio. Nam cum interuallum compositū multiplex sit et per secundam cōmunem scientiam resoluatur in id interuallum ex cuius multiplicatione creuit siquidē compositū omne: in ea simplicia dissoluitur ex quibus coalitū | concretum | compositūq; esse cognoscit per sexagesimā noni interuallum simplex multiplex erit. At id idem aliter ostenditur. Nam si a b c geminatum interuallū sit multiplex sic vt c multiplex sit ad a et ea proportio a ad b r b ad c: quoniā c ad a erit multiplex: a per diffinitionē metietur ipsum c. quare r per precedentem a metietur ipsum b. est igitur interuallum simplex b ad a per diffinitionem multiplex. et propositum.

4 ¶ Si terminorũ interualli primus ad secundũ comparatus sese vt tertius ad quartũ habuerit: quot proportionaliter medij primo et secundo: totidem tertio ⁊ quarto interuenire necesse est.

E medium proportionale inter d et f tertium ⁊ quartum vt b inter primũ et secundum.

27	18	12		18	12	8		9	6	4		2
a	b	c		d	e	f		g	h	k		l

¶ Hanc duodecima quarti monstrat cuius adhuc hic vt ad sequentia momentum habens: cognitio promptior habeatur: repetitur demonstratio.
¶ Sit a cuiuscunq; interualli primus terminus ad c secundũ vt d tertius ad f quartũ: et sit b medius proportionaliter constitut⁹ inter a ⁊ c. dico etiam inter d et f interuenire vnum proportionalis medij.
Capio enim per sextam quarti g h l: tres minimos secundũ proportionẽ a ad b et argumentor ex vicesima prima secundi per equam proportionalitatẽ g ad h vt a ad b et h ad l: vt b ad c. igitur g ad l: vt a ad c. quare ⁊ vt d ad f. at si d et f sunt iidem termini cũ g l: manifestum iam est inter d et f interuenire vnũ proportionaliter medij. Sin minus: ergo per vicesimã tertij Arithmetices g et l: metiẽtur d et f equaliter: sitq; id secundũ l. duco ergo l m g h et l: ⁊ proueniant d e f per septimam secundi d ad e vt g ad h et e ad f vt h ad l:. quare e interuenit ꝓportionaliter medius terminis d ⁊ f: qd̃ erat mõstrandũ.

5 ¶ Superparticularis interualli medius numerus: neq; vnus neq; plures proportionaliter interuenient.

Q; proportio superparticularis: in duo equa diuidi non possit.

27		18						a c spacium superparticulare.
a	b	c		d	e	g	f	d e f tres minimi proportionis a ad b.

¶ Hanc intelligimus: nullum superparticulare interuallum in duas aut plures interuallor habitũdines proportionesq; secabile esse. quod demonstratione proxime subiuncta perq; facile liquebit.
¶ Sit a c interuallũ superparticulare quod diuidatur in duo equalium habitudinũ spacia a b ⁊ b c certis cõstitutisq; numeris si possibile est. sitq; iccirco vt a ad b ita b ad c. capio per sextã quarti arithmetices d e f tres minimos continue ꝓportionales in proportione a ad b. et q: d ad e vt a ad b et e ad f vt b ad c: ergo per equã proportionalitatẽ d ad f vt a ad c. atqui a ad c positũ est supparticulare interuallũ: igitur ⁊ d ad f est superparticulare. Atvero quoniam d e f sunt tres illius habitudinis minimi termini: igit d et f primus ⁊ vltimus per primã quarti sunt adinuicẽ primi. At cũ d mõstratus sit superparticularis ad f: per diffinitionẽ d continet f et eius partem que ideo per diffinitionẽ metitur f. Et si ea pars sit numerus cum ea etiam per cõmunem conceptũ metiatur d: metietur enim se partem de tractam ⁊ residuũ quod equũ est f. non erũt ergo d et f adinuicem primi cuius oppositũ iam monstratum est ⁊ impossibile. erit ergo ea pars vnitas. Tunc addo vnitatem ipsi f ⁊ fiat g: vt g et f solius vnitatis discrimine distent mox argumentor d ad f vt g ad f. sed inter d et f positus est vnus interuenire medius igitur per precedentẽ ⁊ inter g et f numeros sola vnitate distantes interuenit intercipiturq; aliquis numerus medius quod per secundã petitionem est impossibile. non igitur superparticularis interualli vnus medius interuenit numerus. neq; quoq; eodem argumẽto interueniẽt plures. Et hãc etiam demõstrat sexagesima prima noni. Et ex hac quoq; cognoscitur reprehẽsionem demõstrationis Architecq; nulla superparticularis in duo equa diuidi possit quam tertio institutionis musice capite vndecimo videtur diuus Seuerinus adducere nõ tam esse diui Seuerini q̃ Nichomachi aut aliorũ quos interpretatur elegantissime qui ⁊ simile in plerisq; tum Arithmetice tum Musice institutionis locis fecisse comperitur. Et non verentur quidã (pace omniũ dixerim) eius libros perlustrare non vt sciant sed vt exsurculent et canino more si quid hians | subsultansq; appareat: altius dentem infigant / mordeant ⁊ reprehendant et sanctũ ⁊ venerabile Philosophie nomen et suorũ conniciis lacerent: et quod aliorũ vicium est si quod est: diui Seuerini exclament errorem faciantq; aliorũ crimine reum. et cum nichil nor: intvolunt litterarios duces insectãdo | carpendo | laniãdo omnia scire videri: atq; supra Philosophicos vertices sese gloriabundos extollere | faciuntq; quod est apud Comicũ ne intelligẽdo vt nichil intelligant quos idem statim vt maledicere desinãt ammonet malefacta ne cognoscant sua. Sed hec preter presentis negocij officium. de Philosophis enim qui recte fuerint natura instituti vel absq; monitione semper recte cogitabunt qui enim secus faciunt ab eorum se segregant consortio et vt Philosophi quales se videri volunt non amplius esse cognoscantur necesse est.

¶ Si interuallum non multiplex binario multiplicetur: id quod fit ex hac multiplicatione neq; multiplex est/neq; superparticulare. 6

9	6	4	A c interuallum neq; multiplex neq; superparticulare.
A	b	c	A c duplatum interuallum a b qd quidem est non multiplex.

¶ Sit interuallũ non multiplex a b: et duplum sit a c. ita vt ea sit proportio a ad b ⁊ b ad c. dico interuallum a c neq; multiplex esse neq; superparticulare. quoniã si a c primo ponatur multiplex: ergo per tertiã presentis et a b interuallũ erit multiplex at positum est nõ multiplex. Et si secundo dixeris a c esse interuallũ superparticulare cũ sit a ad b vt b ad c erit interualli superparticularis medius proportionalis terminus quod per precedentẽ est impossibile. est itaq; notum si interuallũ nõ multiplex binario multiplicetur compositum interuallum minime aut multiplex aut superparticulare esse. et propositum.

¶ Si iteruallum binario multiplicetur: atq; id quod ex ea multiplicatione creabitur multiplex non sit: ipsum quoq; non erit multiplex. 7

¶ Hec est conuersa precedentis. Sit ergo superioris propositionis figura in qua interuallũ a c proueniat ex duplatione habitudinis interualli a b et nõ sit a c interuallum multiplex. dico itidem interuallum a b nõ esse multiplex. Nam si a b interuallũ multiplex est: cũ a c per hypothesim ex interuallo a b binario multiplicato surgat: ergo per primã presentis interuallũ a c multiplex erit. at positũ est nõ multiplex: ergo si interuallũ non multiplex ex alicuius interualli binario multiplicatione nascat neq; ipsum quoq; ex cuius multiplicatione ortũ est multiplex erit: qd erat monstrandũ.

¶ A numero partiũ superparticularis interualli que in vnum adacte totum restituũt et numero vno maiore: quot interualli maiores termini simul: minoribus simul acceptis respondeant: cognoscuntur. 8

A	3	4	5	6	7	8	9
B	2	3	4	5	6	7	8
C	2	3	4	5	6	7	8
D	3	4	5	6	7	8	9

¶ Sit a ad b interuallũ superparticulare manifestũ est per diffinitionẽ superparticularis a cõtinere b et vnam partiũ b. ea igitur pars secundũ numerum c: constituat suum totũ b: et sit d numerus vno maior c: dico a sumpta secundũ numerum c equa esse b sumptis secũdum d. Nam a secundũ c sumpta continent b secũdum c sumpta et insuper partes b sumptas secundũ c. Atqui positũ est eas secundũ c constituere vnũ b. igitur a secundũ c sumpta continent b sumpta secundũ numeꝝ vno maiorem c. At vero d positus est numerus vno maiore c. ergo a sumpta secundum c: continent b sumpta secundũ d. quod erat monstrandũ. ¶ Et si exemplarẽ requiris declarationẽ: st a ad b interuallũ est sesqualterũ: quoniã a sesqualterũ est ad b. ergo a continet b ⁊ eius dimidiũ: et duo dimidia per cõmune proloquiũ suum totũ reddunt. dico ergo duo a tantũ esse ꝗtum tria b: quoniã enim duo a continent duo b. et insuper duo dimidia b que vnũ b restituunt: ergo duo a continent tria b/tribusq; euadunt equalia. Et si a ad b est sesquitertiũ a continet totum b ⁊ tertiam partẽ b. at tres tertie b eque sunt vni b. ergo superiore argumento tria a cõtinent quattuor b/quattuorq; euadunt equalia. imo data quacũq; superparticulari maiores termini secundũ proportionis minorẽ numerũ: equantur minoribus terminis scõm proportionis maiorẽ numerũ sumptis. vt si a ad b sit sesquiquinta: quoniã minimi sesquiquinte sunt 6 et 5. idcirco quinq; a equi sunt sex b. et in nõ minimis quoniã 12 et 10 sunt termini sesquiquinte 10 a equantur 12 b. Et si a ad b sit sesquioctaua: quoniã minimi sesquioctaue sunt 9 et 8. idcirco 8 a tantũ sunt ꝗtum nouem b. Et qr rursum 18 ad 16 sesqoctaua: ideo sexdecim a equi sunt 18 b. et ita in ceteris Sed si id nõ modo particulariter sed ⁊ vniuersaliter contẽplari cupis id vniuersaliter verũ erit.

¶ Data quacunq; proportione: maiores termini secũdum numerũ minorum sumpti: equi sunt minoribus secundum numerum maiorum sumptis. 9

A Supti	3	4	5	6	7	8	9	Mlti=	2	3	4	5	6	Supp	5	7	9	11
B culares	2	3	4	5	6	7	8	plices.	1	1	1	1	1	tiētes.	3	4	5	6

¶ Ut sit a ad b quecunq; proportio et a maior terminus: b vero minor. dico a sumptos secundū b numerum minorē equos esse b sumptis secundū a numerū maiorem. Nam per octauam primi Arithmetices quod fit ex a in b: equum est ei quod fit ex b in a. Ut vero quod fit ex a in b: sunt a sumpti secundū b. et quod fit ex b in a sunt b sumpti secundū a. igitur a sumpti secundū b equātur b sumptis secūdum a et in quibuslibet aliis eadē est demōstratio ⁊ propositū.

10 ¶ Cum aliquot maiores termini aliquot minoribus equi sunt: ea vnius maiorum ad vnum minorum reperitur ꝓportio: que ⁊ numeri minorum collectorum ad maiorum collectorum numerum.

¶ Hec est cōuersa p̄cedentis. Quoniā per precedētem minores collecti secundum numerū maiorum equi sunt maioribus secundū numerum minorū collectis. Sed numerus maiorū est vnus terminus maior et numerus minorū vnus terminus minor. ergo eadem est proportio vnius maiorū ad vnum minorū: que numeri minorū collectorū ad numerū maiorum collectorū. ¶ Et quāq; he due vltime conclusiones faciles sunt: vsus tamē earum paulo latētior est. Per primā enim earū que nona est: habemus si numerus maior ad minorē sesqualter est vt trium ad duo: duo maiores equi sunt tribus minoribus. Et si maior ad minorē sesquitertius vt 4 ad 3: tres maiores equi sunt quattuor minoribus. Et si maior sesquiquartus vt 5 ad 4: quattuor maiores equi sunt quinq; minoribus. Si vero maior sesquioctauus: octo maiores equi sunt nouē minoribus. ⁊ ita in cōsimilibus. In multiplicibus aūt si maior duplus est vt duorū ad vnum: vnus maior equus est duobus minoribus. Si triplus: vnus maior equus est tribus. Si quadruplus: vnus equus est quattuor. Si octuplus: vnus equat ad octo. In superpartientibus vero consimile est: vt si maior est superbitertius vt 5 ad 3: tres maiores equi sunt quinq; minoribus. Si supertriquartus vt 7 ad 4: quattuor maiores equi sunt septē minoribus. Si vero superoctupartiēs vt 17 ad 9: nouem maiores equi sunt decem ⁊ septē minoribus. et hoc pacto in reliquis.
¶ Ex vltima autem hanc in superparticularibus vtendi regulā elicimus. Si duo maiores equi sunt tribus minoribus quattuor ad sex|sex ad nouē|octo ad duodecī: vnus maior ad vnum minorē sesqualter est. Et si tres equi sunt ad quattuor: sex ad octo maior ad minorē est sesquitertius. Si quattuor maiores equi sunt quinq; minoribus: aut octo ad decē: vnus maior vnius minoris est sesquiquartus. Si vero octo maiores nouē minoribus sunt equi: vnus maiorū ad vnum minorū cognoscit sesquioctauus. In multiplicibus. si vnus duobus: duo ad quattuor|tres ad sex equi sunt: maior minoris est duplus. Si vnus tribus|duo ad sex: vnus maior minoris est triplus. Si vnus ad quattuor: et duo ad octo: vnus maiorū ad vnum minorū est quadruplus. Si vero vnus ad octo|duo ad sedecim: maior minoris est octuplus. In superpartiētibus. si tres maiores equi sunt quinq; minoribus: aut sex ad decē: vnus maior ad minorē est superbitertius. Si quattuor maiores septē minoribus: maior minoris est supertriquartus. Si vero nouē equi sunt ad decem ⁊ septem: maior minoris est superoctupartiēs. Et in compositis numeris simile est. vt si duo a equi sunt quattuor b ⁊ dimidiū vnius: quēadmodum in duobus coniūctis sesqualteris. quoniā 4 et vnius dimidiū ad 2 duplū sunt et sesquiquartū: iccirco vnus a ad vnum b duplus est atq; sesquiquartus. Si tres a equi sunt ad quattuor b et tertiā vnius: vt in duobus sesqtertiis quoniā quinq; ⁊ tertia vnius cōtinent tres semel|duas tertias et vnam nonam: proinde vnus a continebit b vnum|duas eius tertias et vnam eius nonā. Si quattuor equi sunt ad sex et quartā vnius: vt in duobus iunctis sesquiquartis: quoniā sex ⁊ quarta vnius cōtinent|quattuor dimidiū et decimam sextam ex quattuor: ideo vnus maior cōtinet minorē semel|eius dimidiū|⁊ eius vnam decimā sextam. Si vero octo valent decē ⁊ octauam vnius vt in duobus sesquioctauis: quoniā decem continent octo: et quartam: ⁊ octaua vnius ad octonos vna est sexagesima quarta: ideo vnus maiorū continet minorē semel|eius quartā partem|et eius sexagesimā quartam. Et si cōpositionis series protensior euadit: vt si duo a equi sunt sex b|medietati vnius et quarte vt in coniūctione trium sesqualterorū: quoniā sex cōtinent duos ter ⁊ dimidiū vnius est quarta pars duorū: et quarta pars vnius est octaua pars duorū. Iccirco vnus a triplex est bvnius insuper quartā atq; octauam partē b continens. Et si tres equi sunt ad septem ⁊ nonā vnius quod in tribus sesquitertiis coniunctis euenit: quoniā septem: bis continent tres: ⁊ trium tertiā partem: et nona vnius ad tres est vicesima septima. ideo vnus maiorū continet minorem bis|eius tertiam|et eius vicesimā septimam. Et si quattuor equi sunt septē duodanti vnius hoc est tribus quartis et insuper decimesexte vnius: vt in coniūctione trium sesquiquartorū: quoniā septē cōtinent semel quattuor et tres quaternarij partes: et tres quarte vnius ad quattuor sunt tres decimesexte: ⁊ decima sexta vnius est ad quattuor vna sexagesima quarta. iccirco vnus maior continet vnum minorē semel|et duodantē|⁊ tres decimas sextas atq; vnam sexagesimā quartā. Si vero octo equi sunt ad vndecim|tres octauas vnius ⁊ vnam sexagesimā quartam: vt in tribus sesquioctauis ꝓiunctis: quē vndecim cōtinent semel octonarīū et octonarij tres partes: ⁊ tres octaue vnius sunt ad octo tres sexagesime quarte. ⁊ vna sexagesima quarta ad octo est vna quingētesima duodecima. hinc fit vt vnus maiorum cōtineat minorem semel|tres eius octauas|tres sexagesimas quartas et vnam quingentesimā duodecimā. Et hec adiecimus quousus harū duarum vltimarū in sequētibus patentior manifestiorq; habeatur.

¶ Duplex interuallũ ex duobus maximis supparticularibus: sesqualtero atq; sesquitertio coniungitur. 11

6	4	3	A c duplex interuallum.
a	b	c	A b sesqualter. b c sesquitertius.

¶ Sint a b c interuallũ: a quidem sesqualter ad b: b vero sesquitertius ad c: dico a duplum esse ad c. Quoniã enim a sesqualter est ad b: ergo per octauã huius duo a equi sunt ad tres b. et rursus quia b sesquitertius ad c: igitur per eandem tres b equi sunt quattuor c: et tres b positi sunt equi duobus a. duo igitur a equi sunt ad quattuor c. cum quecũq; vni eidemq; equalia sunt inter se sint ⁊ equalia. et quattuor numerus minorũ collectorũ duplex est duorum numeri scz collectorũ maiorũ. igitur per precedentẽ vnus a duplex erit ad vnũ c. qd erat demõstrandũ potest ⁊ hoc vltimũ etiam demõstrari. Nã eni duo a equi sunt quattuor c: vnus a per octauũ proloquiũ equus est duobus c. quorũ enim tota equa sunt et eorũ quoq; dimidia sunt equa. At duo c dupli sunt vnius. igitur et vnus a duobus c equus: duplex erit c vnus quod fuisset monstrandum.

¶ Ex duplici interuallo atq; sesqualtero: triplex nascitur interuallum. 12

6	3	2	A c triplex interuallum.
a	b	c	A b duplex inkuallũ. b ⁊ c sesqualterũ.

¶ Sint a b c interuallũ: et a quidẽ ad b duplex ⁊ b ad c sesqualter. dico a eius quod est c triplicẽ esse quoniã enim a ad b duplex est: ergo a per diffinitionẽ continet bis b. igitur a equatur duobus b. et qꝛ b sesqualter est ad c: igitur b continet c et eius partem dimidiã. ergo per octauam huius duo b equi sunt tribus c: et duo b equi erant vni a. igitur ⁊ tres c equi erunt vni a. tres autem triplex sunt vnius. igitur per decimã vnus a triplex est vnius c: quod erat demonstrãdum.

¶ Duo duplicia interualla: quadruplex coniungunt interuallum. 13

4	2	1	A c duplex interuallum
a	b	c	A c geminatũ duplex inkuallũ

¶ Sit a duplex ad b: et b duplex ad c. dico quoniã a quadruplex est ad c. Nam quia a duplex est ad b: igitur duo b equi sunt vni a. et rursus qꝛ b duplex est ad c: igitur duo c equi sunt vni b. et si duo c equi sunt vni b: quattuor c equi erunt duobus b. at duo b positi sunt equi vni a: igitur et quattuor c equabuntur vni a. at quattuor quadruplũ sunt vnius. igitur per decimam vnus a quadruplex est vnius c: quod erat ostendendum.

¶ Terminũ reperire: ad quẽ quotcunq; volumus: liceat supparticulares assignare. 14

9	8	6	A ad c sesqualter.
a	b	c	B ad c sesquitertius

¶ Sit propositũ terminum reperire ad quem sesqualterũ ⁊ sesquitertiũ valeamus assignare. Capio duo ⁊ tria numeros denominãtes partes sesqualteri atq; sesquitertij: duo siquidẽ sesqualterũ et tria sesquitertiũ denominãt. ⁊ duco duo in tria: proueniatq; ductu illo c. manifestum est c habere partem dimidiã pariter ⁊ tertiam. iungo ad c partẽ eius dimidiã: ⁊ compositus sit a. et iterũ ad c iungo partẽ eius tertiã: et sit cõpositus b. quoniã enim a continet c et eius partem dimidiã: ergo per diffinitionẽ a ad c sesqualter est. et quoniã b continet c et eius partem tertiã: b itidem ad c sesquitertius. c igitur repertus est terminus ad quẽ petiti superparticulares rite sunt assignati. et hac lege de quibuslibet esset operandũ: vt si essent assignãdi sesquioctauus et sesquinonus duc octo in nouẽ ⁊ surget terminꝰ octauam/ nonãq; partem possidens: ad quẽ ⁊ sesquioctauũ et sesquinonũ rite assignaueris. et eodem quoq; pacto modo tres: modo quattuor aut quotquot libuerit ad eundem terminum assignabis.

640	600	576	540	480
a	b	c	d	

vt si ad eundẽ terminũ peterentur assignari sesquitertius/ sesqquartus/ sesquiquintus ⁊ sesqoctauus ducãtur tria/ quattuor/ quinq; et octo in seinuicẽ ⁊ proueniat e qui ircirco habet in se tertiã/ quartam quintã et octauam. adiungo e suam tertiã compositusq; sit a. et suam quartã ⁊ compositus sit b. suam quintã compositus sit c. suã denicq; octauã ⁊ ꝓpositus sit d. dico demõstratione superiore: quoniã ad e constituti sunt a b c d sesquitertius/ sesquiquartus/ sesquiquintus/ et sesquioctauus: quẽadmodum prefixa monstrat formula.

15 ¶ Si sesqualtero interuallo sesquitertium demptum fuerit interuallum: erit qd̄ relinquitur sesquioctauum.

9	8	6	A c sesqualter. B c sesquitertius.
a	b	c	A ad b sesquioctauus.

¶ Sit c terminus ad quem p precedentē assignati sint a sesqualter: ⁊ b sesquiterti⁹. Ab a c sesqualtero subduco interuallum sesquiertium b c: relicto interuallo a ad b: quod dico esse sesquioctauū. qm̄ enim a eius quod est c est sesqualter: a semel habet c et eius dimidiam partem. quare per octauā huius duo a equi sunt tribus c. ⁊ quattuor a sex c. et octo a ad duodecim c. Rursus qm̄ b huius quod est c sesquitertius est. b igit̄ habet in se c ⁊ eius tertiā partem. quō fit vt p eandē octauā tres b equi sint q̄ttuor c. et sex b octo c et nouē b ad duodecim c. at octo a quidē equi erāt ad duodecim c: igit̄ octo a equi sunt ad nouem b. per decimam igit̄ a ꝓtinet b ⁊ eius octauā partem. estq̄ a sesquioctauus ad b et ꝓpositū.

16 ¶ Interualli quarta ⁊ duodecima: vnam eius tertiarum restituunt.

¶ Nam quattuor interualli quarte: totū complēt inuallū. ⁊ duodecim eiusdē interualli duodecime: totū itidem cōplent interuallū. quare quattuor quarte ⁊ duodecim duodecime adinuicē equātur. due igitur quarte sex duodecimis/ ⁊ vna quarta tribus duodecimis sunt eque. quoꝝ enī tota equa sunt: ⁊ eoꝝ dimidia. At quattuor duodecime: duodecim duodecimarū sunt vna tertia: q̄re ⁊ vna totius tertia cui quidē duodecim ille duodecime cognoscūtur esse idem atq̄ eque. vna igit̄ totius quarta q̄ tribus duodecimis equa esse mōstrata est et vna duodecima illi adiuncta: totius tertiam partem restituunt. Equātur enī vna tertia ⁊ vna duodecima quattuor duodecimis. qd̄ erat demōstrandum. Et q̄uis hec demonstratio sequētis gratia particlariter facta sit: possis tm̄ modo ꝓsimili monstrare oēm minorem cuiuscūq̄ totius interualli partem: prime maiorem partem efficere: illi adiecta vna partium a nūero qui ex ductu denoiationū vtriusq̄ partium enascitur: denoiata. vt totius tertia pars minor est: ⁊ scēa prime maior: et si duo in tria duxeris sunt sex: iccirco vna tertia atq̄ vna sexta vnam restituūt scēam. Similiter quoq̄ quarta ⁊ quinta partes sunt prime maior atq̄ minor: et si ducis quīq̄ in quattuor surgunt viginti: proinde vna quinta ⁊ vna vicesima: vnā quartam restituūt. et hoc pacto in sequētibus vt subiecta monstrat formula.

Tertia et sexta	vnam secundam efficiunt.
Quinta et vicesima	vnam quartam.
Sexta et tricesima	vnam quintam.
Septima ⁊ quadragesima secūda	vnam sextam.
Octaua ⁊ quinquagesima sexta	vnam septimam.
Nona ⁊ septuagesima secūda	vnam octauam.

17 ¶ Duc proportiones sesquioctaue: minores sunt sesquitertio interuallo.

81	72	64	54	A c duo sesquioctaui conīūcti.
a	b	c	d	A d sesquitertiū interuallū.

¶ Cōtinua per sextam quarti Arithmetices duas sesquioctauas inter a ⁊ c: ita vt a sesquioctau⁹ sit ad b/ et b sesquioctauus ad c. et sit a ad d sesquitertium interuallū. dico a ad c minus eē interuallum: q̄ a ad d. Qm̄ enī a sesquioctau⁹ est ad b: ergo p octauam huius octo a equi sunt ad nouem b. sed ⁊ qr b etiam sesquioctauus est ad c: per eādem octo b tm̄ sunt atq̄ nouem c. Et cum vnus b equus sit vni c ⁊ octaue eius: ergo nouem b equi sunt decem c ⁊ octauevnius c. Atqui nouem b mōstrati sunt equi esse octo a: igitur octo a equi sunt decem c ⁊ octaue vnius. at decem ⁊ octauavnius ꝓtinet octo semel/ eius quartam ⁊ eius vnā sexagesimāquartā. ergo per decimā huius vnus a ꝓtinet vnū c/ vnā eius quartā/ ⁊ vnam sexagesimāquartam: et vna quarta ⁊ vna sexagesimaquarta per precedētem minus sunt vna tertia: cōplent enī quarta ⁊ duodecima vnā tertiam. duo igit̄ sesquioctaui minus sunt vno sesquiterti interuallo. quod erat demonstrandum.

18 ¶ Tres sesquioctaui: amplius sunt sesquitertio: minus aūt sesqualtero interuallo.

729			512	A d tres sesquioctaui cōtūcti
a	b	c	d	

¶ Sint a b c d tres conīūcti sesquioctaui: vt a ad b primus sit sesquioctauus/ b ad c secūdus/ et c ad d tertius: dico primo a ad c amplius esse sesquitertio. Qm̄ enī a ad b ⁊ b ad c duo sūt sesquioctaui: ergo per octauam huius octo a equi sunt decem c ⁊ octauevnius. Sed ⁊ cum c item ad d positus sit sesquioctauus: ergo p eādem octo c equi sunt nouem d/ et nouē c equi decem d ⁊ octaue vni⁹ et decem c equi vndecim d ⁊ duabus octauis. et cū octo octauc c ꝓtineant nouem d: q̄ per decimam huius vna octaua c continet octauam d ⁊ eius octauam partem: hoc est vnam sexagesimāquartam. decem ergo c et vna octaua vnius equātur vndecim d/ tribus octauis/ et vni sexagesimequarte. et per decimā vt vndecim res octaue ⁊ vna sexagesimaquarta ad octo: ita a ad d. sed vndecim cōtinent octonos semel trēs eoꝝ

partes/tres octauas/et vnã sexagesimãquartam vnius.ac tres octonorũ partes amplius sunt tertia eorꝫ parte.Superãt enĩ tres octonarij partes:tertiam eiusdẽ partem triente vnius:hoc ẽ tertia vnius parte.a fortiori igitur tres octonorũ partes/et tres octaue vnius ⁊ vna sexagesima quarta ita ãplius sunt tertia octonorum parte.cõtinent ergo vndecim/tres octaue vnius/⁊ vna sexagesima quarta:octo semel ⁊ amplius eorꝫ parte tertia.quare ⁊ a cõtinet d ⁊ ãplius tertia eius parte.est itaqꝫ a ad d ãplius sesquitertio interuallo.Scõo dico a ad d minorem eẽ sesqualtero inkuallo.Nam vndecim ꝓtinẽt octo ⁊ tres octauas:deest ergo vna octaua ad complẽdas quattuor octauas/q̃ sunt octonorum dimidium. Atvero q̃ superãt:tres octaue vnius/et vna sexagesima quarta minus efficũt dimidio vnius octaue. quare ⁊ multo minus efficient vna octaua.vndecim ergo/⁊ tres octaue/⁊ vna sexagesima quarta vnius: cõtinent octo semel et minus octonorũ dimidio.ergo per decimam huius ⁊ a cõtinet d semel ⁊ minus eius dimidio.est itaqꝫ interuallum a ad b minus sesqualtero interuallo.

¶ Quattuor sesquioctaui coniũcti:sesqualterum superant interuallum. 19

6561				4096	A e quattuor sesqui=
a	b	c	d	e	octaui coniũcti.

¶ Sint a b c d e quattuor ꝓiũcti sesquioctaui:a ad b primus/b ad c secundus/c ad d tertius/⁊ d ad e quartus:dico qm̃ inkuallum a e amplius est sesqualtero inkuallo.Nam vt in precedẽti visum est octo a equi sunt vndecim d/tribus octauis/⁊ vni sexagesimequarte vnius.et vndecim d/tres octaue vnius ⁊ vna sexagesima quarta:equãtur duodecim e/sex octauis/quattuor sexagesimis quartis/⁊ vni quingentesime duodecime.ergo octo a equi sunt duodecim e/sex octauis/ quattuor sexagesimis quartis/ et vni quingẽtesime duodecime.Atvero duodecim/sex octaue/q̃ttuor sexagesimequarte/ et vna quingentesima duodecima cõtinent octo semel et amplius q̃ octonorum dimidium:qm̃ cõtinẽt octo semel ⁊ dimidium:et insup sex octauas/quattuor sexagesimas quartas/⁊ vnã quingentesimã duodecimam vnius.igitur per decimam huius a cõtinet e semel ⁊ amplius q̃ eius dimidium. supat itaqꝫ a e inkuallum quattuor sesquioctauis ꝓiũctũ:sesqualterum interuallum.quod erat monstrandum.

¶ Quinqꝫ coniũcti sesquioctaui:minus duplici interuallo coniũgunt. 20

¶ Nam vndecimam huius duplex interuallum ex duobus maximis supparticularibus:sesqualtero scz et sesquitertio ꝓiũgit.at ꝓstitutis quinqꝫ sesquioctauis tres ꝑmi sesquioctaui:per decimã octauã huius minus sunt sesqualtero interuallo.⁊ duo sequẽtes sesquioctaui qui vna cũ tribus ꝑoribus quinqꝫ cõplent:per decimã septimam huius minus sunt sesquitertio. coniũgunt igitur quinqꝫ sesquioctaui minus duplici interuallo.

¶ Sex proportiones sesquioctaue:maiores sunt vno duplici interuallo. 21

531441						262144	A g sex sesqui=
a	b	c	d	e	f	g	octaui cõiũcti.

¶ Sit a g interuallum sex ꝓiũctorꝫ sesquioctauorꝫ:ita vt a ad b sit primus sesquioctauus/ b ad c secũs/ c ad d tertius/d ad e quartus/e ad f quintus:f aũt ad g sextus.dico qm̃ a ad g amplius est duplici interuallo.Qm̃ enĩ a ad b sesquioctauus est:ergo per octauã huius octo a equi sunt nouem b. et nouem b per eãdem equi sunt decem c/⁊ octaue vnius.et decem c ⁊ octaua vnius:equa sunt vndecim d/tribus octauis/et vni sexagesimequarte vnius.et vndecim d/tres octaue/et vna sexagesima quarta vnius:equã tur duodecim e/ sex octauis/q̃ttuor sexagesimis quartis/ et vni quingentesime duodecime.duodecim aũt e/sex octaue/quattuor sexagesimequarte/et vna quingentesima duodecima:equantur tridecim f/ decem octauis/decem sexagesimis quartis/quinqꝫ quinq̃gesimis duodecimis/et vni quarte millesime nonagesime sexte.Atvero decem octaue vnũ cõtinent integrum ⁊ insup duas octauas. quo fit iterꝫ vt duodecẽ e/sex octaue/q̃ttuor sexagesimequarte/⁊ vna quingentesima duodecima:equãtur q̃ttuor decẽ f/duabus octauis/decem sexagesimis quartis/quinqꝫ quingentesimis duodecimis/et vni quarte millesime nonagesime sexte.Atvero q̃ttuor decim f/due octaue/decem sexagesimequarte/quinqꝫ quingẽtesime duodecime/et vna quarta millesima nonagesima sexta:equa sunt quĩdecim g ⁊ octo octauis eius (hoc est equa sunt sedecim g) duodecim sexagesimis quartis/ quindecim quingentesimis duodecimis sex quartis millesimis nonagesimis sextis/⁊ vni tricesime secũde millesime septigẽtesime sexagesime octaue.At sedecim ⁊ duodecim sexagesimequarte/⁊ reliquę sequẽtes particule: continent octo bis et amplius.igitur per decimã huius a ad g maius ẽ duplici inkuallo. sex igiꝫ sesquioctaui maiores sunt vno duplici inkuallo:vt intẽdit ꝓpositio. ¶ Et si hec ꝓpositio quo ad suã demõstratiõez nõnullis subdifficilior videat:hoc iccirco puenit q̃ illis prõptitudo,vtẽdiqꝫ habilitas octaue,none,⁊ decime huius deerit.iccirco par,cõsentaneũqꝫ erit eos qui in musicis modulatiõibus ⁊ earꝫ ꝓtẽplatiõibus se exercitare volent:multos sesqualteros/deinde sesquitertios/et alios sequentes supparticulares colligere: quousqꝫ vsus colligendarꝫ ꝓportionũ ipsis iam sit factus puius/patensqꝫ ⁊ q̃si iam ipis domesticus.

¶ Primi Elementorum Musicalium finis.

c ¶ Consonātia est soni grauis/acutiq; mixtura:suauiter/ vniformiterq; auribus incidens:ex multiplici aut supparticlari ratione ꝓfecta [redacted]. ¶ Dissonātia est duoꝝ sonorum non se natura suauiter miscentium : ad aurem pueniens aspera/iniocūdaq; percussio. ¶ Tonus est consonātie principiū:ex soni ad sonum sesquioctaua ꝓportione pueniens. ¶ Semitonium minus qd̄ et diesis dicit : est toni pars:qua sesquitertia ꝓportio duobus tonis maior est. ¶ Semitoniū maius quam ⁊ vocant Apothomen:est toni reliqua ꝑs : et qua ipe semitoniū minus supat. ¶ Comma est quo sesquioctaua ꝓportio:duobus semitoniis minoribus maior est: qd̄ et idem est quo Apothome semitonium minus vincit ac superat ¶ Schisma est cōmatis dimidiū. ¶ Diaschisma ē dimidium semitonij minoris. ¶ Hemisphcrium:musicū est instrumētum per qd̄ aut neruo aut chorde vt decet suppositum:semitonia/tonos/ ꝓsonātiasq;/⁊ consonātiarū particulas:ad sensum puestigamus. ¶ Sonus emmelis is est quo apte vtimur in melo. ¶ Ecmelis ẋo is dicitur:quē melos/concentusq; non admittit. ¶ Equales soni atq; similes dicūtur:q̄ ex eadem interualli ꝓportione nascūtur ¶ Numerorū atq; interuallorum pars ea maior est:que a minore nūero denoiat. et minor que denoiatur a maiore. ¶ Multiplex ꝓportio maior est:quā maior denoiat numerus.et minor : que denoiatur a minore. ¶ Supparticularis ꝓportio maior est: que a maiore denomiatur parte.minor aūt:que denominatur a minore.

1 ¶ Tonum super datam chordam collocare.

A c| | | | | | | | b|

¶ Sit a b c chorda quecūq; supra quā iubeamur tonū collocare:diuido ꝑ tertiam petitionem chordā a b in nouem equas portiones:ita vt c b illaꝝ nouenarū octo teneat ⁊ a c vnam. dico qm̄ a b ⁊ c b tonū ꝓtinēt/ ꝓstitutūq; supra datā chordam esse tonum. Nā totū chorde spaciū a b ꝓtinet spaciū c b ⁊ insup octauam eius partē:q; a c vni illaꝝ octauaꝝ equa st.igit per diffinitiōem spaciū a b epogdoū:sesquioctauūq; est spacio c b.quare per primam petitiōem ea erit soni totius chorde a b ad sonum c b ꝓportio.Est itaq; tonus in chorda a b qui in epogdoa/sesquioctauaq; ratione consistit:collocatus.

2 ¶ Tonum tono et quotquot libuerit:in data chorda subiungere.

A c| d| e| | | | | | | | b|

¶ Sit data chorda a b in qua ꝓpositum sit tres ꝗsequētes tonos subiūgere partior per tertiam petitionem vt in precedēti factum est spaciū totius chorde a b in nouem equas portiōes.et in nota octaue portionis pono c:ita vt b c octauus illaꝝ nouem partium teneat. manifestū est per precedētem a b ⁊ c b esse tonum et per eādem petitiōem partior spacium c b in nouem equas portiōes.et in terio octaue particle pono d:ita vt d b ꝓtineat octo eaꝝ partium quaꝝ c b nouem ꝓtinet.per preceudentem c b ad d b sonat tonum/estq; iam vni tono:tonus vnus subiūctus. Rursum spacium d b ꝓsimili modo in nouem equas portiōes diuco:⁊ notam octaue sectionis littera e designo:ita vt e b octo eaꝝ partiū cōtineat: quaꝝ d b ꝓtinet nouem per preceudentem d b ad e b resonat tonum.sunt igitur in data chorda a b tres ꝓtinue subiūcti toni:scz a b/c b.c b/d b.d b/e b.qd̄ erat ꝓpositum.et hoc pacto quotquot lubet subiūgere q̄ facillimū est.Et si id sensu experiri/deprehēdereq; cupias post pulsuꝫ totī chorde a b suppone hemisphcrium chorde a b in signo c:ita vt sola perstrepat resonetq; particla c b et sensus iudicio deprehendes soni totius a b ad sonū c b esse toni iteruallū.q; si hemisphcriū trāsfers ad notam d: ex pulsu c b ⁊ d b itez tonum deprehēdas.sed ex totius a b sono ad sonū particule d b duos tonos/duorūq; tonorum inūuallū perpendet auditus.et hoc pacto sensuum iudiciis quotq̄t voles tonos deprehendēdos cōmitteres:et eoꝝ mixturas tum suaues/tum incōcinnas (quas auditus tanq̄ offensus horret refugitq;)decernendas.

3 ¶ Tonorum continuatorum:minimos numeros assignare.

59049	52488	46656	41472	36864	32768	Quinq; tonorum adinuicem conti=
n	o	p	q	r	s	nuatorum minimi numeri.
6561	5832	5184	4608	4096		Quattuor tonorum adinuicem cō=
h	i	k	l	m		tinuatorum minimi numeri.
729	648	576	512			Trium tonorum adinuicem conti=
d	e	f	g			nuatorum minimi numeri.
81	72	64				Duorum tonorum adinuicem con=
a	b	c				tinuatorum minimi numeri.

¶ Si duo/tres/q̄ttuor/quinq; aut quotlibet toni sint ꝓtinue in neruo ꝓstituti:sic eoꝝ mīmos nūeros reperiemus.Nm̄ enī nouem ⁊ octo mīmi sunt numeri toni duco nouem in se ⁊ pueniat a: ⁊ nouem in

octo ⁊ pueniat b:⁊ octo in se ⁊ pueniat d:per vicesimã tertiã tertij Arithmetices ink a b ⁊ b c sunt duo sesquioctaui in mĩmis numeris ꝓiũcti/⁊ pinde duo toni in mĩmis numeris ꝓtinuati. Et si nouẽ ducõ in a b c et octo in c et surgant d e f g. per eandem inter d e f g tres sunt in mĩmis numeris sesquioctaui cõstituti: quare d e f g sunt trium cõtinuatoꝝ tonorum mĩmi nũeri. Et si ducis nouem in d e f g et octo in g et surgãt h i k l m per idem qd̃ prius h i k l m quattuor ꝓtinuoꝝ sesquioctauorũ mĩmi sunt nũeri: quare ⁊ quattuor cõtinuorũ tonorum. Et si rursum hoc pacto ducis nouem in h i k l m et octo in m et surgant n o p q r s: iĩi erũt quinq̃ cõtinuorũ tonorum mĩmi numeri. et hoc modo quotquot tonorum voles mĩmos numeros reperias. Attamen in modis musicis tot cõtinue subiũgere opus non est: sed tonis semitonia subiũgunk: de quibus posterior ꝓprius/accõmodusq̃ expectãdus est sermo.

¶ Spacio quolibet per quotlibet equa spacia diuiso: totius ad totam ꝓxime sectiõis partem minor est ꝓportio: q̃ eiusdẽ partis ad totam reliquã ꝓxime sectiõis partem. Quo fit vt quanto tonus tono subiũgit acutior: tanto iĩm ꝓtractiora ꝓtineãt spacia. 4

A	c	d	e	f	g	h	i	k	b

¶ Chordam/neruũ/tibiam/eflatũ aera/es tinnulũ ⁊ quidd̃ sonũ edit in harmonicis modis (vt iam quoq̃ dictũ est) spacium nũcupamus: in quibus analogie ratio vim/naturãq̃ seruat eãdem. Sit ergo a b totum spacium per a c/c d/d e/e f: ⁊ reliquas nouem equas partes vt fit in interuallo toni habendo diuisum: quotq̃t enĩ alias posueris idem valuerit. dico minorem eẽ ꝓportiõez a b ad c b q̃ c b ad d b. Nam cũ a b positũ sit in nouem equas partes per medias notas c d e f ⁊ reliquas diuisum: c b cõtinet solũ eaꝝ partiũ octo: quaꝝ a b ꝓtinet nouem. ergo a b ꝓtinet spaciũ c b et eius octauam partem. sed ⁊ cũ c b octo partes parti c d equas ꝓtineat: ergo d b ꝓtinet partiũ totaꝝ solũ septẽ. ergo c b ꝓtinet spacium d b ⁊ insup eius septimã partem. at octaua ꝓs per diffinitiõem minor ẽ parte septima: igit̃ itez per diffinitiõem a b ad c b ꝓportio supparticularis minor est q̃ c b ad d b vtpote q̃ a minore parte denoĩetur. est enĩ hec a septima parte sesquiseptima ꝓportio: illa xo ab octaua sesquioctaua. Et hãc nõ modo in supparticularib⁹: verũ ⁊ quibuslibet medietatibus demõstrat ꝑma decimi Arithmetices vbi scz ratio medietasq̃ arithmetica cõperiat̃. qd̃ ⁊ in dicta spacij diuisiõe ⁊ sumpta (vt ꝓpositũ est) ꝓportione: inuentũ ꝓspiciebat̃. ¶ Correlariũ xo hinc cognoscat̃ q̃ totũ per quartam petitionem ad suam partem graui⁹ sonat: pars aũt ad suũ totũ acutius. Itaq̃ si tono a b ⁊ c b tonũ subiũxeris: subiũctus erit acutior. Et qm̃ spaciũ c b in nouem equas partes partirek: quaꝝ quelibet mĩor erit spacio c d qd̃ eius octaua est: nam quelibet caꝝ est nona ⁊ a maiore nũero denoĩata. erit igit̃ ⁊ quelibet eaꝝ nouem partiũ minor spacio a c. equa sunt enĩ a c et c d. et hoc pacto de q̃buslibet subiũct/ acutiorib⁹ tonis eẽt dicẽdum. manifestũ est igit̃ vt quãto tonus tono subiũgit acutior: tãto iĩm ꝓtractiora ꝓtineãt spacia.

¶ Medio extremitatũ toni spacio in duo equa diuiso: ton⁹ mĩme in duo secat̃ cõlia. 5

A	c	d	e	f	g	h	i	k	b
l	m	n	o	p	q	r	s	t	

¶ Hec ⁊ sequentia intelligũtur vt tonus mĩme in duo equa ratione geometrica dirimat̃: non autem arithmetica. nam ⁊ hic tonus toniq̃ interuallum in duo equa rõne arithmetica dirẽptum est. diuido ergo spacium a b vt prius in nouem equa spacia: per notas a/c/d/e/f/g/h/i/k/ b manifestũ est a b ⁊ c b esse toni extremitates/ tonũq̃ cõtinere. dico ergo qm̃ a c medio harũ extremitatũ interstitio in duo equa p signum l dirẽpto: tonus mĩme in duo equa partiat̃/ q̃q̃ sonus a b ⁊ l b equalis non sit l b ⁊ c b. diuido enĩ singula reliquoꝝ octo equaliũ spaciorũ ꝓsimili modo p equalia per notas m/n/o/p/q/r/s/t: manifestum est totũ spacium a b diuisum eẽ in 18 equalia spacia que sunt a/l/c/m/d/n/e/o ⁊ reliqua. ergo per precedẽtem mĩor est ꝓportio a b ⁊ l b q̃ l b ⁊ c b. est enĩ hec sesquisextadecima: illa xo sesquiseptiadecima. non est ergo tonus hoc pacto in duo equa diuisus. et soni a b l b/⁊ l b c b p diffinitiõem adinuicem inequales: quiquidem soni ecmeles sunt/ musicoq̃ melo perparũ apti.

¶ Toni spacio hoc modo diuiso: totius medie sectionis sonus: maioris extremi toni sonum acumine: minoris vero grauitate superat. 6

A	c	d	e	f	g	h	i	k	b
l									

¶ Sit a b vt in precedẽti iam dictũ est diuisum: itavt a b ad c b recrepet tonum. dico qm̃ sonus l b acumine superat sonũ a b/ q̃q̃ idem sonus l b grauitate vincit c b. Nam a b totum est ⁊ l b eius pars: ergo per quartam petitionem a b grauiorem sonũ edit ⁊ l b graciliorem. et per eãdem qm̃ l b totũ est ad c b: sonus l b grauior est sono c b. superat ergo l b maius toni extremum acumine: ⁊ minus grauitate. quod propositum erat demonstrandum.

¶ Tonum in duo equa: certo/ cõstitutoq̃ numero diuidi impossibile est. 7

¶ Nam per quintam primi huius nullũ supparticulare interuallum in plura equalia dirimit̃: ⁊ que ꝓportio spaciorũ inkualli inter se ea quoq̃ est ⁊ soni ad sonum. Atqui tonus ex supparticulari nascit̃ interuallo. nascit̃ enĩ ex epogdoa/ sesquioctauaq̃ ratõe. igitur tonus mĩme in duo equalia dirimitur/ diuidit̃q̃. ĩmo xo neq̃ in plura duobus equa: vt in tria aut quattuor. ¶ Ex quo facile cognoscit̃ Aristoxenus musicus auriũ iudicio cuncta cõmittẽs perparũ eẽ, pbãdus. qui semitonia secus q̃ Pythagorici non arbitrat̃ esse dimidio tono ꝓtractiora: sed quãadmodũ semitonia dicũtur: ita quoq̃ et esse integra tonorum dimidia. Hec minus Martianus felix simili lapsus erroze deprehẽdit̃: qui nõmodo

tonum in duo equalia:sed ⁊ in tria|⁊ quattuor dirimit atq; secat. Secat enim in primis tonum in duo equalia q̃ iccirco hemitonia vocat. Secũdo in tria ⁊ eaꝝ tertiaꝝ quãlibet diesim tritemeriã nũcupat. Tertio in quattuor et hãc toni partem quartã :vocat diesim tetrartemeriam:q̃ he dieses nunc tertie nũc quarte toni sunt partes. Est enim tritos tertius|tetrartos quartus|⁊ meros pars. Ponit ⁊ tertiaꝝ dieseos acceptiõem vt eaipsa toni tertia ⁊ tertie dimidia pars dicat. Et rursum primi modi primeq; acceptiõis dieses:chromaticas vocat|secũdas vocat enermonicas|tertias vero enarmonice diuisionis hemiolias:partim Aristoxeno sikiter:partim aũt dissilik. Similik quidẽ q̃ Aristoxenus toni dimidiũ semitoniũ ponat et toni tertiam diesim chromaticam vocet sed chromatis molis:⁊ toni quartã diesim enarmonicam. at dissikiter q̃ toni quartam cũ ꝓpa quarte medietate vocet diesim chromat| hemiolij. Et certe vel Martianꝰ in tertia dieseos acceptiõe nouo errore lapsus putãdus est:vel eũdem putasse hemitoniũ ⁊ diesim enarmonici hemiolij idem esse. nam cũ omne totum tribus suis tertijs integretur: vnam ergo tertiaꝝ ⁊ tertie medietatem totius dimidium implere necesse est. Sed cũ hec se satis falsa esse ꝓdant|⁊ nulla sui pte cohereãt:nõ est cur in his diutius sermo sit ꝓtrahẽdus. Sic enim qui stolidũ sensus iudicium sequẽtes intellectum relinquũt:facile ex disciplinarum aditis se explosos sentiunt.

8 ¶ Quicunq; numerus in terminos toni ducatur:interuallum toni relinquet.

¶ Nam cum tonus ⁊ toni interuallum in ꝓportione sesquioctaua ꝓsistat: sui termini erũt nouem ac octo aut quicũq; alij qui siki sibi ꝓportiõe respõdeant. At cũ per septimã secũdi Arithmetices:si vnus idẽq; numerus duos multiplicet ꝓductorũ ⁊ multiplicatorũ eadem sit ꝓportio:ergo quicũq; nũerus ducet in terios sesquioctaue:sesquioctauam ꝓducet|relinquetq; tonum atq; toni interuallũ. quod est ꝓpositũ. Et nõ modo de sesquioctauo ⁊ toni inkuallo id sentiẽdum est:sed ⁊ de quolibet alko inkuallo.

9 ¶ Omnis numerus:extremorum toni differentia constitui potest.

¶ Si enim tonus in minis ꝓstituat vt sunt nouem atq; octo monas atq; differentia est:cũ nouenarius atq; octonarius sola vnitate dissentiãt. Et si ducat binarius in nouenariũ ⁊ octonarium et ꝓducãtur a ⁊ b per precedẽtem a ⁊ b erũt toni extrema. At vero per nonam primi Arithmetices quod fit ex binario in nouenarium tm̃ est q̃tum quod fit ex binario in octonarium ⁊ vnitatem. sed binarius in vnitatem per cõmune ꝓloquiũ seipm̃ ꝓducit:igitur extremorum toni a ⁊ b binarius differẽtia cõstituit. Et si ducatur ternarius in nouem ⁊ octo:eodem quoq; argumẽto ternarius extremorũ toni differẽtia cõstituet. Et ita quicũq; alter numerus in eosdem minos toni terios ducet:idem extremoꝝ toni differẽtia ꝓstituetur. Manifestum itaq; est oẽm numerum extremorũ toni differẽtiam ꝓstitui posse. Et quãq̃ ita est placuit tm̃ Philolao Pythagorico primordiũ toni/primordialẽq; eius dr̃iam ternarium cõstituere: qui p̃mus cubũ a p̃mo impari numero ꝓcreat/ ac gignit. q̃ is numerus apud Pythagoricos maxĩe honorabilis fuerit. Nam cũ ternarium primũ quidẽ imparem nũerũ tertio duxeris:nouem ꝓsurgũt. que ter ducta septem supra viginti:scz cubum a p̃mo impari reddunt. at 27 ad 24 tono distant/ toniq; claudũt interuallum:et horũ differẽtia ternarius ꝓstituit. est enim ternarius summe 24 pars octaua:q̃ eidem adiecta summe:primũ a ternario cubũ rursus instaurat atq; ꝓficit. Et idem Philolaus summã septem ⁊ viginti in duas partes secuit 13 ⁊ 14 quaꝝ hec maior/ illa vero minor habet/ et hãc primordiũ Aporomes facit:q̃ est toni portio maior :illam aũt facit principium dieseos:que est toni decisio minor atq; portio:⁊ quã posterius semitoniũ minus nũcupabimus. et illaꝝ duarũ partium differẽtiam que est vnitas facit cõmatis principium. Sed de his satis.

10 ¶ Numeri dati partem quotãcunq; reperire. Quo fit vt cuiuslibet nũeri pars ab ipo sit numerata:et a denoiante eiusdem partis sit denominata.

272	17	306	18	136	17
c	d	g	h	m	n
17	16	18	17	17	8
A	b	e	f	k	l

¶ Quãuis enim numerorum numerãtium qui exẽplares in aĩa sunt:vnitas insecabilis existat:nũeroꝝ tm̃ numeratoꝝ quales in physicis sunt motuũ nũeri/ in geometricis lineaꝝ ⁊ planorũ/ in astrologicis temporũ/ in musicis aũt tonorũ atq; interuallorũ vnitas aut verius vnum sectiõem recipit. Sit ergo a quicũq; numerus cuiꝰ vna partium denoiata ab b q̃sita sit:resoluo a in omẽs suas partes denoiatas a quicũq; numerus cuiꝰ vna partium denoiata ab b q̃sita sit:resoluo a in omẽs suas partes denoiatas ducendo scz denoiantem numeri a in denoiantẽ partis b:ita vt pueniat c. manifestũ est partes c ab b:ducendo scz denoiantem numeri a in denoiantẽ partis b:ita vt pueniat c. manifestũ est partes c simul denoiatas ab b equari toti numero a. diuido igit c per b ⁊ pueniat d:dico d esse partẽ petitam/ ⁊ numeratam ab a. hoc est a nũero denoiante a. Q; ei sit pars a denoiata ab b q̃ petita erat:patet q: a in d per septimam petitiõem reproducit c:quare d est pars c denoiata ab b. at c equat a. igitur ⁊ d pe est a denoiata ab b. Sed ⁊ q̃ d numeretur ab a:p3.q: a in b ꝓducit c:ergo p sextam petitiõem c diuiso per b redibit a. sed ⁊ eodẽ c diuiso per b ꝓus veniebat d. numerat igitur a semel d. et sic ꝓpositio atq; iuũ correlarium nota sunt. ¶ Et q̃uis hecvt mõstret pfacilis sit:vsus tm̃ eius aliquãto latẽtior:quem exẽplaris deductio facile cuiq; reddet illustriorem. vt quesita sit vbi causa sũme decem et septẽ pars sextadecima duco vtriusq; denoiantes in seinuicem. hoc est 17 et 16 et surgẽt 272 sextedecime. tot enim sextadecimas ꝓtinet numerus 17 resolutus. diuido ergo 272 per 16 ⁊ pueniẽt 17 sextedecime:q̃ erũt totius summe partium 272 pars sextadecima. quare ⁊ numeri 17 pars itidẽ sextadecima. at 17 sextedecime vnitatem cõtinent ⁊ vnã sextãdecimã. est itaq; vnitas ⁊ vna sextadecima:dati numeri 17 pars sextadecima. Et si numeri decem ⁊ octo quereret pars septimadecima duco decem et octo in decem

⁊ septem et ꝓductum diuido per 17 et veniẽt 18 septimedecime: quevnum cõplent integrum/ vnam septimãdecimam. Est ergo vnitas ⁊ vna vnitatis septimadecima date summe decem ⁊ octo p rs vnã septimadecima. Si vo summe decem ⁊ septem volo partem octauã repire: duco 17 in octo ⁊ qõ ꝓductum fuerit diuido per octo ⁊ ꝓueniẽt 17 octaue q̃ duas vnitates ⁊ vnam octauam efficiũt. erũt g̃ duo ⁊ octaua vnius totius sũme decem ⁊ septem pars octaua. qõ querebat. Et ita in quibuslibet se quiuis valeat exercitare: habent tñ q̃ particulari/ exẽplariq̃ demõstratiõe sunt ostensa: ad sequentia põdus ac momentum.

¶ Si duo inequales numeri ad eundem minorem comparentur: maioris ad ipsum maior est proportio/ et minoris minor. 11

9	8	7
a	b	c

¶ Ut sint a b duo inequales nũeri quorꝫ a sit maior/ et b minor: qui comparẽtur ad eũdem minorem c. dico a ad c maiorem eẽ ꝓportiõem q̃ b ad c. Nam cũ per octauam petitiõem extremorꝫ a ad c ꝓportio ꝓposita sit ex ꝓportiõibus a ad b ⁊ b ad c vt suis partibus: ergo ꝓportio b ad c pars est ꝓportiõis a ad c et ꝓportio a ad c totũ. et cũ per vltimũ cõmune ploquium Oẽne totũ maius sit sua parte: igitur ꝓportio a ad c maior est ꝓportione b ad c. et ita de quibuslibet alijs simili argumẽto est agendum.

¶ Sesquisextadecima ꝓportio: integrum toni dimidium superat. 12

a	c	d	e	f	g	h	i	k	b
l	m	n	o	p	q	r	s	t	

¶ Quĩta huius monstrauit medio extremorꝫ toni spacio in duo equa diuiso: tonũ mĩme in duo equa geometrice partiri: et sectionem hinc ⁊ inde altrinsecus sesquiseptimãdecimã/ et sesquisextãdecimã retinere ꝓportiõem. Hec vo ostẽdit sesquisextãdecimã ꝓportiõem que illic ex parte intensionis acuminisq̃ relinquit: hemitonio/ integroq̃ toni dimidio esse maiorem. et sequẽs mõstrabit sesquiseptimãdecimam ex grauiori parte sumptam: eodẽ toni dimidio esse minorem. Sit ergo vt in quĩta huius spacium a b in decem ⁊ octo equas partes per a c d e f ⁊ reliquas notas diuisum. itavt a b eaꝫ partiũ ꝓtineat decem ⁊ octo/ ⁊ c b sedecim/ ⁊ l b decem ⁊ septem. manifeũst est a b ⁊ c b vt prius visum est esse tonum: et l b 17 ad c b 15 eẽ sesquisextãdecimã quã habitudinem dico esse integro semitonio maiorẽ. qm̃ enĩ per decimam huius vnitas ⁊ sextadecima vniꝫ est summe decem ⁊ septem pars sextadecima. q̃ si eidẽ sũme adijciat fient decẽ ⁊ octo/ et sextadecima vnius. at octodecim ⁊ sextadecima vniꝫ ad decẽ ⁊ septem p diffinitiõez est sesquisextadecima. Sunt g̃ decẽ ⁊ octo ⁊ sextadecia vnius ad decẽ ⁊ septem et decem ⁊ septem ad sedecim due ꝓiũcte sesquisextedecime. sed decem ⁊ octo ⁊ sextadecima vnius: p precedentem maior est sesquioctaua ad sedecim. Nam decem ⁊ octo ad sedecim vt prius visum est: sesquioctaua est. igit sesquisextadecima bis aucta tonum/ toniq̃ interuallum trãscẽdit. quare p nonum ploquiũ sesquisextadecima ꝓportio integrũ toni dimidium superat. quidq̃d enĩ bis auctũ trãscendit aliq̃d: id vltra eius dimidium eẽ necesse est. Ex quo valẽtiore iure cognoscit sesquiquĩtamdecimam ⁊ oẽm proportiõem sesquisextadecima maiorem: integrum toni dimidium superare.

¶ Sesquiseptimadecima: minor est integro toni dimidio. 13

19	1	19	1	18	17	a ad b sesquidecimãseptimam ꝓportionem
d	8	c	17	a	b	ꝓtinet: q̃ integro toni dimidio ꝓtractior est.

¶ Sint a decem ⁊ octo interualli partes ⁊ b decem ⁊ septem/ c decem ⁊ nouem ⁊ vna septimadecima/ d vo decem ⁊ nouem ⁊ vna octaua. per decimã huius a ad b est sesquiseptimadecima. et c ad a similit sesquiseptimadecima. sunt ergo c ad b due sesquiseptimedecime adinuicem coniũcte. sed et p eandem d ad b sesquioctaua est atq̃ tonus. d enĩ cõtinet b ⁊ eius partem octauam. at d ad b ꝓportio maior est ꝓportiõe c ad b. nam vnius ꝑs octaua maior est vna septimadecima. ergo sesquiseptimadecima ꝓportio per decimum ploquiũ minor est integro semitonio. qõ enĩz duplatũ non implet integrum: neq̃ id quoq̃ continet dimidium. Est ergo notum sesquiseptimãdecimam ꝓportionem integro toni dimidio esse minorem.

¶ Integram toni medietatem: inter sesquisextamdecimam ⁊ sesquiseptimãdecimam proportiõem cadere necesse est. 14

¶ Nam per duodecimam sesquisextadecima maior est toni dimidio: ⁊ p decimãtertiã minor est eodẽ toni dimidio. at per cõem sciẽtiam inter maius atq̃ minus dimidio: iꝑm dimidiũ cõsistere necesse est. ergo integrum toni dimidium inter sesquisextãdecimam et sesquiseptimãdecimam cadere necesse est Sed id in noto/ integroq̃ numero nullo pacto vt septima huius mõstrauit fieri cõtinget: vt neq̃ in geometricis diameter quadrati: eius coste certo/ ꝓstitutoq̃ numero cõmensurari potest. Sed hoc vltim ex altero loco requirendum est.

¶ Semitonium minus: duobus tonis in chorda subiũgere. 15

A	c	d	e				b

¶ Intelligiť ſemitonium ſubiũgi qñ ex acutiori parte duob⁹ quidẽ tonis ad grauiorem ptẽ relictis ipm ſemitonium collocať. preiũgi ẋo qñ ipm ex parte remiſſiori duob⁹ tonis adhibeť. ¶ Cõtinuo ergo per ſcõam huius duos tonos in chorda a b per notas a c d b. ſitq; a b c b: primus. et ſcõs ſit c b d b qui quia per diffinitiõem in ſeſquioctaua ꝓportiõe conſiſtũt: et per decimãſeptimã primi hui⁹ due ſeſquioctaue minores ſunt ſeſquitertia ꝓportiõe. erit ergo a b et d b minus ſeſquitertio. diuido ergo a b in quattuor partes equas: et initiũ tertie ſectiõis, facio notam e. ita vt e b tres eax quartax cõtineat: per diffinitiõem igitur a b ad e b ſeſquitertia ꝓportio eſt. ſed ſeſquitertia ꝓportio a b ⁊ e b ſuperat duos tonos a b et d b in proportiõe d b et e b. eſt igiť d b et e b per deſcriptionem ſemitoniũ minus duobus tonis: vt propoſitum erat ſubiunctum.

16 ¶ Semitonium minus: duobus tonis preponere.

A	e	d	c								b

¶ Facio a b ad c b ſeſquitertiũ interuallũ et diuido c b in octo equas partes et ſupra c verſus a: facio d c vni eax octo partium equã: ita vt d b eax partiũ nouem ꝓtineat. et per diffinitiõem d b ⁊ c b vnum ꝓſtituũt tonum. Similiť diuido d b in octo equas partes: et vnã eax adiũgo ſupra d p notam e. quare itex e b ⁊ d b erit tonus. ſuntq; duo toni e b et c b. ſed a b et c b ſeſquitertia ꝓportio: maior eſt duobus illis tonis in ꝓportione a b ⁊ e b. eſt igitur per diffinitionem a b ⁊ e b ſemitonium minus. qõ cum ſit duobus tonis prepoſitum: qm̃ ex parte remiſſa illis adiũctum. factum eſt propoſitum.

17 ¶ Duobus tonis: dieſim/ ſemitoniũq; minus interponere.

A	d	e	c	b

¶ Idem dieſim atq; ſemitoniũ minus hic (vt iam quoq; dictum eſt) intelligimus. Sit ergo a b ⁊ c b vt in precedenti ſeſquitertia ꝓportio in tota chorda a b. ab a: cverſus: intẽdo tonum per notam d. et ab c verſus a remitto tonũ vt in precedẽti factũ eſt per notam e: ita vt a b et d b ſit tonus/ et ſimiliť e b et c b tonus. manifeſtum a b et c b ſeſquitertiã ꝓportiõem ſuperare duos illos tonos in media ꝓportiõe d b et e b. eſt igitur per diffinitionem d b et e b ſemitoniũ minus duobus tonis interceptũ et ꝓpoſitũ.

18 ¶ Semitonij minoris mimos numeros reperire: et quomodolibet ſemitoniũ minus in chorda vna aut pluribus collocare.

324	288	256	243
f	g	h	k
81	72	64	
c	d	e	
9	8		
a	b		
4	3		
l	m		

¶ Sit a nouenarius ⁊ b octonarius minimi numeri toni. duco a in ſe/ et a in b/ et b in ſe 'et cõſurgant numeri c d e. inter quos per ſextam quarti Arithmetices erũt duo ſeſquioctaui/ duoq; toni in mimis numeri c d e. inter quos per ſextam quarti Arithmetices erũt duo ſeſquioctaui/ duoq; toni in mimis ꝓtinuati. Sit preterea l quadnarius et m ternarius. duco l in c d e ⁊ proueãt f g h: inter quos p ſeptimã ſecũdi Arithmetices ſimiliť cõiũcti ſunt duo ſeſquioctaui/ ⁊ pinde duo toni. duco preterea itidẽ m in c et pueniat k p octauã ſecũdi Arithmetices f ad k eſt ꝓportio ſeſquitertia q̃ p 17 primi hui⁹ maior eſt f h et differẽtia ẽ h k. dico ergo h k eſſe mimos nũeros ſemitonij minoris. q̃ cũ ſint numeri ſemitonij minoris per diffinitiõem notũ eſt. ſed q̃ mimi: id iam declarandũ eſt. Nam qr c e ſunt in ſua ꝓportiõe mimi: per decimãoctauã tertij Arithmetices ſũt ꝓtra ſe p̃mi. et qr etiã l ⁊ a quadnarius ⁊ nouenarius ſunt cõtra ſe primi. ergo per vndecimam tertij Arithmetices l eſt p̃mus ad c. et per decimã eiuſdem h qui naſciť ex l ⁊ e p̃mis eidẽ numero c: erit primus ad c. Rurſus m ⁊ b ternarius atq; octonarius ſunt adinuicem p̃mi. ergo p vndecimã tertij ⁊ m primus eſt ad e ſed ⁊ cũ l/ m quadnarius ⁊ ternarius ſint etiã primi: ergo per decimam eiuſdem m etiã primus eſt ad h. Cũ ergo c ⁊ m mõſtrati ſunt primi ad h ergo per eãdem decimã tertij numerus k ex c ⁊ m, ꝓductus: primus eſt ad h. ſunt itaq; h ⁊ k ſemitonij ergo per eãdem decimã tertij Arithmetices in ſua ꝓportione mimi. minoris numeri adinuicem primi: quare per viceſimam tertij Arithmetices in ſua ꝓportione mimi. minoris numeri adinuicem primi: quare per viceſimam tertij Arithmetices in ſua ꝓportione mimi. eſt, ꝓpoſitũ quo ad hoc. Et data quacunq; chorda ſi eã diuides ſcõm nũerũ h ⁊ eax partiũ accipias qõ eſt, ꝓpoſitũ quo ad hoc. Et data quacunq; chorda ſi eã diuides ſcõm nũerũ h ⁊ eax partiũ accipias ſcõm numerum k numeros ſcz ſemitonij minoris vbilibet in eadem chorda ꝓſtitutũ erit ſemitonij mi ſcõm numerum k numeros ſcz ſemitonij minoris vbilibet in eadem chorda ꝓſtitutũ erit ſemitonij mi nozis interuallum. In diuerſis aũt facillime idem feceris: ſi eas chordas equales eq̃liter tenſas vni ſonaſq; poſueris/ et partiaris eax quãcũq; voles ſcõm h quax partium alterius acceperis ſcõm k erit tum in pluribus chordis ſemitonij minoris conſtitutum interuallum. quod eſt totum propoſitum.

19 ¶ Semitonium minus in minore q̃ ſeſquiſeptimadecima ſit: proportione conſiſtit. Quo fit vt regula ſemitonij ſumendi: non ſit differẽtiam extremorũ toni in duo equa partiendo.

324	288	257 5	256	243	
f	g	l 17	h	k	

¶ Sint vt in precedenti h k minimi numeri semitonij minoris vt ducenta quinquaginta sex ⁊ ducēta quadraginta tria. capio p decimam huius: septimādecimā partem nūeri k ducentorū scz quadrginta trium/ eritq; quattuordecim ⁊ quinq; septimedecime. addo itaq; quattuordecim et 5 septīasdecimas ad k ⁊ fiat l numerus 257 et 5 septimedecime. erit ergo nūerus l ad k sesquiseptimusdecimus. at l ducenta quinquaginta 7 et 5 septimedecime trāscēdit h qui solū est ducentorū quinquaginta sex. psistet itaq; semitoniū minus per vndecimam huius in minore ꝓportiōe q̄ sit ꝓportio sesquiseptimadecima. quare et a fortiore in minore cōsistit ꝓportiōe q̄ sit sesquisextadecima. Correlarium hinc notum est. Nam hoc pacto partiēdo extremorū toni spacium: ex quīta huius cognoscūtur sesquisextadecia atq; sesquiseptimadecima altrinsecus constitut: quapvtraq; presens mōstrauit semitonij minoris habitudinem esse minorem.

¶ Sesquioctauadecima proportio: semitonio minore rursus maior cuadit. 20

256 1	256	243	
c 2	a	b	

¶ Sint a b mīmi numeri semitonij minoris per decimāoctauā huius reperti scz ducēta quinquagīta sex/ et ducenta quadraginta tria. capio per decimā huius octauā decimā partem nūeri b: quā reperio esse trīdecim ⁊ semis: quā quidē addo numero b/ fiatq; aggregatus c. tunc c ad b sesquioctauadecima ꝓportio est. at c maior numerus est a. nam a dūtaxat cōtinet ducenta quinquaginta sex: c vero equalīū partiū totidē ⁊ insup semissem vnius. est igit sesquioctauadecima ꝓportio semitonio minore maior.

¶ Sesquinonadecima: est semitonio minore minor. Quo fit vt semitoniū minus inter sesquioctauādecimam/ et sesquinonamdecumam consistat collocatum. 21

256	255 15	243	
a	c 19	b	

¶ Sint vt prius mīmi termini semitonij minoris a et b: dico sesquinonādecimā ꝓportiōem minorem esse ꝓportione a ad b. capio enī per decimam huius: nonādecimā partem numeri b: quā inuenio esse duodecim ⁊ quindecim nonasdecimas. quā partem adijcio numero b ⁊ fiat c. ꝓportio c ad b est sesquinonadecima. sed a maius est q̄ c. igitur p vndecimam huius maius est semitoniū minus sesquinonadecima ꝓportiōe/ atq; sesquinonadecima ꝓportio semitonio minore minor. Correlariū vero vt decima quarta huius notum esse potest.

¶ Semitonium maius: in data chorda constituere. 22

a	c							b

¶ Sit a b ⁊ c b semitonij minoris interuallum. diuido c b in octo partes equas: quibus equam facio partem c d. ita vt d b nouem ꝓtineat. ergo d b ⁊ c b erit tonus. demo igitur a tono d b et c b semitoniū minus scz a b ⁊ c b/ relinquetq; d b ⁊ a b toni reliqua pars ⁊ qua ipe semitonium minus superat. igit per diffinitiōem d b ⁊ a b semitonium maius est in data chorda (vt ꝓpositū erat) cōstitutū. et quēadmodum semitonium maius collocasti ad partem grauiorem ita quoq; ad partem ꝓacuminis collocare facillimum esset.

¶ Semitonij maioris: minimos numeros reperire. 23

2187	2048		1944
e	d		c
	256		243
	a		b
		8	
		f	

¶ Sint a b minimi numeri semitonij minoris ex decimaoctaua huius reperti et f octonarius. qm̄ ex demōstratiōe decimeoctaue huius f octonarius primus est ad b. ergo f non numerat b. non habet igitur b octauam partem. duco igitur f in b et a et cōsurgant c d: per septimam secūdi elementorū Arithmetices d ad c vt a ad b. est igitur inter d c semitonium minus/ semitonijq; minoris interuallum. et qc habet ꝓtem octauā vt b: addo eidem nūero c ꝓtem octauam eius b: et coaceruatus fiat e. cōtinet igit e numerum c/ et partem eius octauam. quare e c tonus. et quia tonꝰ e c superat semitoniū minus d c

2187
2048
139
102
37
28
9
1

interuallo e d: ergo e d sunt nũeri semitonij maiozis. Q; autẽ iidẽ sint minimi facile ex decima quinta tertij arithmetices cognoscas distrahẽdo d ab e ⁊ quod reliquũ fuerit iterꝝ quoties potes distrahẽdo ab d. et hoc pacto deinceps ⁊ videbis ad vltimum relictam vnitatẽ | eritq; modo qui ad latus apparet distractio. quare per eandem decimãquintam d et e sunt adinuicem primi. sunt igitur per vicesimam eiusdem in sua proportione minimi: quod est propositum.

24 ¶ Semitonij maiozis habitudo: sesquiquintãdecimam superat proportionẽ.

2187	2184 8	2048	136 8
a	c 15	b	d 15

¶ Sint a b minimi termini habitudinis semitonij maiozis per precedẽtem reperti: dico habitudinẽ a ad b maiorẽ esse sesquiquintadecima. sumo enĩ vt in precedẽtibus iam sepe factũ est per decimã huiꝰ quintãdecimam partẽ numeri b et hec inuenitur | centũ trigintasex et octo quintedecime vnius q̃ sit d adicio ergo d ad b et fiat c: certũ est c ad b esse sesquiquĩtamdecimã. at c minoz numerꝰ est q̃ a. est enĩ a numerus duum milĩũ centũ octuagintaseptẽ. c autem solum duũ milium centũ octuagĩtaquattuor et fere semis paulo amplius. Est igitur per vndecimã huius semitonij maiozis habitudo sesquiquĩta decima ꝓportione maior eamq; superans: quod est propositum.

25 ¶ Apotomes interuallum: minus est sesquiquartodecimo interuallo. Vnde manifestum est semitonij maiozis proportionem inter sesquiquintãdecimam ⁊ sesquiquartã decimam reperiri collocatam.

2194 4	2187	2048	146 4
c 14	a	b	d 14

¶ Apotomẽ ⁊ semitoniũ maius: idem esse iam diximꝰ. Sint ergo a b mĩmi nũeri semitonij maiozis vt duo milia centũ et octuagintaseptẽ ⁊ duo milia quadragintaocto. sumo per decimã huius quartã decimã partem b scz duum milĩũ et quadragintaocto quã inuenio esse centũ quadragintasex et quattuor quartedecime que sit d. addo eam quartãdecimam ad b: et fiat numerus aggregatus c. tunc numeri c ad b sesquiquartadecima ꝓportio est. at c maior numerus est a siquidẽ duo milia quadragĩta octo et centũ quadragintasex et quattuor quartedecime summã simul attollant c: duum milĩũ | centũ nonagintaquattuor | et fere quartãvnius. et a solum summa sit duum milĩũ centum octuagintaseptẽ. constat ergo sesquiquartãdecimam proportionẽ maiorem esse semitonio maiore: atq; propositum. Correlarium vt precedentium notum est.

26 ¶ Semitonium minus atq; semitonium maius in superparticulari proportione non cadunt: sed ea in superpartiente ratione consistere necesse est.

¶ Nam semitoniũ minus per correlariũ vicesimeprime huius cadit inter sesquioctauã decimam et sesquinonãdecimam. atqui inter sesquioctauãdecimam et sesquinonãdecimã nulla cadere valet interceptа | mediaq; superparticularis habitudo. sunt enĩ ille supparticulares proxime maior atq; minor igitur semitoniũ minus in superparticulari ratione non consistit. neq; per idem semitonium maius. Nam per correlariũ precedẽtis cadit in aliqua ꝓportione media inter sesquiquintãdecimã et sesquiquartãdecimam duas proximas superparticulares: que superparticularẽ mediam nullã admittunt nõ igitur semitoniũ maius cadit in superparticulari ratione. | sed et cum rationes semitonij minozis atq; maiozis multis superparticularibus vt iam visum est sint minores: erũt etiam minores ratione duplari que multiplicium minima est: vt que a minimo numero denominetur. nullus enim numerus binario minor. nõ est ergo semitonij minozis habitudo multiplex | similiter neq; semitonij maiozis. relinquitur igitur a sufficienti diuisione cum ille sint inter maiorẽ terminum | ⁊ minorẽ: eas esse in supparticulari genere. quod est propositũ. ¶ Id tamẽ propter sophistas aduertere licet q̃ tonus ⁊ sue partes cõsonantie | ⁊ consonãtiarum partes intense: semper in supparticulari | superpartiẽti aut multiplici habitudine cadunt: remisse vero in subsuperparticulari | subsuperpartiẽti aut submultiplici. At vero et si ita sit: solemus tamen eas omnes dicere esse in superparticulari habitudine superpartienti | aut multiplici idem supparticulare et subsuperparticulare reputãtes ⁊ pro vno computantes. similiter superpartiens et subsuperpartiens ⁊ multiplex et submultiplex

27 ¶ Musicum comma in chorda reperire.

a	f	g	c	b
256		243		
d		e		

¶ Sit a b chorda supra quam sit propositũ reperire musicũ comma: in qua a b et c b sit sesquioctaua proportio atq; tonus. sint preterea d e minimi termini semitonij minozis. diuido spaciũ a b in partes equales secundũ d: ex quarum numero ab ipso b versus a: capio secundũ numerũ e | ⁊ in termino earũ pono notam f. tunc que proportio d ad e: ea erit a b ad f b. quare a b ad f b semitoniũ minus. Rursum c b spacium seco in equas partes secundũ numerum e ⁊ earum partium ab ipso b versus a metiendo: sumo secundũ numerum d: et in earum termino pono notam g. manifestũ etiam est g b et c b esse semi

tonium minus. sed et cum a b ⁊ f b probatum sit etiam semitonii minus. ergo interuallum f b et g b est quo sesquioctaua proportio a b et c b: maior est duobus semitoniis minoribus. est igitur per diffinitionem f b et g b inuentum musicum comma: quod erat monstrandum.

¶ Comma: in minimis numeris constituere. 28

531441	524288		497664	472392
l	g		h	i
	65536		62208	39049
	c		d	e
	256		243	
	A		b	
		8		
		f		

531441
524288
7153
2119
796
527
269
258
11
5
1

¶ Sint a b minimi numeri semitonij minoris. duco a in se ⁊ in b/et b in se ⁊ exurgant c d e: erūtq; c d ⁊ d e duo semitonia minora cōiuncta. sit preterea f octonarius qui ex decima octaua huius est primus ad b. quare per vndecimā tertij arithmetices et primus ad e. non habet igitur e octauam. duco ergo f octonariū in c d e: ⁊ proueniant g h i: vt i scz oriatur ex f in e. certū est etiam inter g h et h i esse duo semitonia minora. et qr e est octaua pars i addo e ⁊ i simul/sitq; eorum aggregatus l. dubiū nullum est l ad i esse sesquioctauā: et l g esse proportionem qua sesquioctaua maior est g h et h i duobus semitoniis minoribus. sunt igitur l g numeri cōmatis. sed q̄ sint minimi ex decimaquinta tertij arithmetices notum est. Nam substracto vt ea ipsa docet g ab l/ et eo quod relictū est substracto quoad potest ab g. et sic deinceps tandē vt ad latus adiectū apparet: relinquitur vnitas. Et quēadmodum comma duabus diesibus est prepositum: ita quoq; q̄ facillimū est comma duabus diesibus subiungere/ aut duabus interserere.

¶ Sesquiseptuagesimaquarta: commatis proportione transcenditur. 29

531441	531372 72	524288	7084 72
A	d 74	b	c 74

¶ Sint enī a b minimi numeri cōmatis per p̄cedentē reperti. elicio per decimā huius septuagesimā quartā b que sit c. adiicio itaq; b et c simul/ ⁊ coalescat aggregeturq; numerus d. qui si ad b conferat cōperitur/sesquiseptuagesimus/quartus. atqui idē d minor a esse deprehēditur. superat ergo per vndecimam huius ratio cōmatis septuagesimāquartam proportionem

¶ Cōmatis ratio: sesquiseptuagesimatertia proportione minor est. vnde fit vt cōmatis ratio inter septuagesimāquartā et septuagesimātertiā constituta reperiat habitudinē 30

531470 2	531441	524288	7182 2
d 73	A	b	c 73

¶ Sint a b vt prius minimi numeri cōmatis. capio septuagesimātertiam partē b que sit c. iūgo b ⁊ c simul et aggregetur d. eritq; d ad b sesquiseptuagesimustertius. et d maior a esse conspicitur. ergo cōmatis ratio sesquiseptuagesimatertia proportione minor est: quod erat monstrandum.

¶ Correlarium vt alia notum est.

¶ Commatis ratio: in superparticente ratione consistit. 31

¶ Non enī in supparticulari cōsistet quādoquidē due supparticulares proxime sesquiseptuagesima quarta et sesquiseptuagesimatertia omnē prorsus mediā excludant supparticularē. ⁊ tanto minus in gñe multiplici cōsistere valebit. vt que septuaginta duas superparticulares habeat se maiores. relinquitur ergo vt ea in superpartiēte genere consistere possit. est enī ea maioris et minoris habitudo.

¶ Rationes schismatis atq; diaschismatis sunt ignote/atq; irrōnales. quo fit vt quadrimimi nūcri tetragonicū latus nō habeāt: medietatū rōnes ignote irrōnalesq; sint oēs 32

256	243				
A	b	c	d	e	
531441	524288				

¶ Eas rationes ignotas atq; irrationales dicimus que nullo certo/cōstitutoq; numero designari valent vnq̄: vt neq; in geometrici diametri et coste quadrati proportio: quales schismatū/diaschismatūq;

ꝓportiones esse dicim⁹. Sint ergo ꝑmo a b minimi numeri semitonij minoris: p decimãoctauã huiꝰ inuẽtis: b enim vt illic quoq; mõstratũ est nascit ex nouenario in se ⁊ ternario in productũ nouenarij in se at nũerus q̃ ex ductu nouenarij in se exurgebat: er at quadratꝰ et ternarius nõ est quadratꝰ: ergo per decimãquartã sexti arithmetices b minꝰ semitonij minoris extremũ ex ductu q̃dẽ nõ q̃drati in q̃dratũ proueniẽs: nõ est numerus quadratus. si possibile est ergo vt diaschismatos ꝓportio in numeris sit nota: sint ergo per sextã quarti arithmetices duo diaschismata in minimis c d e cõiuncta. manifestũ enim est cum diaschisma sit semitonij minoris dimidiũ c d et d e simul esse semitoniũ minus. ⁊ c ad e esse semitonij minoris interuallũ. sed et cum ꝓportiones c d ⁊ d e sint cõtinuate in minimis ergo per quintam quarti arithmetices c e sunt in sua ꝓportione minimi. sunt ergo minimi in ꝓportione semitonij minoris. sed et tales positi sunt a ⁊ b: igitur c et e idem erunt numeri cũ a ⁊ b scz c idem a et e idem b Preterea qz que proportio c ad d ea est d ad e: ergo per primã sexti arithmetices c numerus est quadratus et e numerus quadratus: quare ⁊ b idem numero e etiam quadratus. at b demõstratus est nõ quadratus. erit itaq; idem numerus quadratus et nõ quadratus: quod est impossibile. nõ igitur diaschisma note ꝓportionis habebitur. et idem de proportione schismatos monstrabitur. sint enim a b subter designati minimi numeri cõmatis: q: per vicesimãoctauam huius b minoꝛ proportionis commatis terminus fit ex ductu octonarij in quadratũ lateris ducẽtorum quinquagintaseꝛ. et octonarius nõ est quadratus: ergo per decimãquartam sexti arithmetices b minoꝛ terminus cõmatis nõ est quadratus. nõ igitur simili vt priorꝛis partis demõstratione a b certis designatisq; numeris potest equis proportionibus diuci. est igitur schismatos eius scz medietatis ratio ignota/atq; irrationalis. Corrclarium ex modo demõstrationis notum est.

35 Tonus: duobus semitoniis minoribus/et commate constat.

Nam ratio sesquioctaua duobus semitoniis minoribus atq; vno cõmate constat. superat enim duas dieses duoq; semitonia minoꝛa vno commate: ac tonus in eadem ratione consistit. cõstat igitur tonus ex duobus semitoniis minoribus et commate.

34 Tonus a duobus semitoniis minoribus: vno commate distat.

Nam substracto a sesquioctaua ꝓportione vno cõmate relinquũtur duo semitonia minoꝛa: igitur et eodem cõmate a tono diducto due dieses ⁊ duo semitonia minoꝛa relinquũtur. distat ergo tonus a duobus semitoniis minoribus vno commate.

35 Semitonium minus tribus commatibus maius est: minus vero quattuoꝛ. vnde manifestum est apotomen plura quattuoꝛ et paucioꝛa quinq; continere cõmata.

r	277531995223258301621530747994112
q	328128389443693511257285776231761
p	263600061952401802360312389697536
o	21783961796329506267463 68
n	21536939630755577663 10747
m	20678954309879648527319 04
l	17098604835172352
k	16677181699666569
h	16231265527136256
g	134217728
f	129140163
e	127401984
d	524288
c	531441
b	243
A	256

Non ẽ greca curiositas calculi laboꝛe deterrita quo minus quot cõmata in diesi quot in apotome quot deniq; in tono sint: perũestigaret. quod nisi a priorꝛibus tẽtatum cognouissem cũ id quoq; plus laboꝛis q̃ (vt michi visum est) in musicis modulationib⁹ vsus/vtilitatisq; afferat: missuz fecissem. qui tamẽ id cognoscẽ desiderauerint hoc pacto deprehẽdent. Sint a b minimi numeri semitonij minoꝛis et c d minimi cõmatis: per decimãseptimã ⁊ decimãoctauam huius reperti: duco b in c et d ⁊ pueniãt e f et a in c ⁊ veniat g: per septimã secundi arithmetices f ad e est cõmatis habitudo/et per octauam eiusdem g ad e habitudo dieseos/semitoniq; minoꝛis. Deinde duco e in e ⁊ f in f et e in g ⁊ nascantur h k l: per sextam quarti arithmetices perq̃ facile cognosci potest k h continere duo commata. et per

septimam secundi eiusdē l ad h esse semitonium minus. Deinde duco d in h/ et c in k/ et d in l: ⁊ eo ordine veniant m n o: per eandem sextam quarti cognitu facillimū est n m continere tria commata. et per septimam secundi: o m cōtinere semitonium minus. at n numerus cognoscitur esse minor o. ergo o ad m semitonium minus tria vincit/ exsuperatq; commata. Deinde duco h in h et k in k et h in l. et suo ordine exsurgāt/ orianturq; p q r. manifestū est per idē qō prius q p cōtinere quattuor cōmata et r p cōtinere semitoniū minus. at numerus r minor est numero q. igitur quattuor cōmata amplius sunt semitonio minore. Correlariū autem hinc notū est q̄ semitoniū maius solo cōmate superat semitonium minus. atqui semitoniū minus plura tribus ⁊ paucioza quattuor vt modo visum est continet cōmata. igitur vnico superadiecto cōmate semitoniū maius quod vocant apotomē: plura quattuor ⁊ paucioza quinq; continere est necesse.

¶ Tonum: plura septem continere commata necesse est. 36

¶ Nam tonus ex semitonio minore ⁊ apotome coalescit atq; cōstituitur. at semitoniū minus per penultimā tria continet cōmata ⁊ amplius: et per precedentē apotome quattuor et amplius tria autem et quattuor ⁊ amplius: septē sunt et āplius. igitur tonus plura q̄ septem cōtinet commata.

¶ Secundi Elementorum Musicalium finis.

Esquitonus: est qui tonum ac semitonium minus continet. quem et trihemitoniū/ trisemitoniūq;: inferius dicemus.
Ditonus est qui duos cōplectitur tonos.
Tritonus vero qui tres.
Consonantie simplices sunt: diatessaron/ diapente ⁊ diapason.
Composite vero: diapason diapente/ bis diapason.
Diatessaron est cōsonantia: que ex interualli sesquitertia ratione nascitur.
Diapente: que nascitur ex sesqualtera.
Diapason vero: que ex dupla.
Diapason diapente: est quā adinuicē iuncte constituūt diapason ac diapēte ꝓsonātie
Bis diapason: est quam coniūgunt due diapason consonantie.

¶ Nec altius ascēdunt Pythagorici q̄ altius ascendētibus voces quod pacto illis stridule vise sint ⁊ q̄ vnicuiq; ferme sue vocis modū/ limitesq; ad consonātiam bis diapason natura fecerit/ q̄q; habita contēplatione musica adusq; cōsonantiam bis diapason: reliquā vt habeatur q̄ facillimā putauerunt vt qui ad ter atq; quater diapason musicos modulos aptare voluerint. et hac quoq; de causa musici ferme oēs in definiēda/ determināda q̄ atq; tradēda disciplina musica limites Pythagore nō transcendūt: putātes eius limitibus cōtenti: et priscam/ veterēq; autoritatē secuti sufficiēter determinasse. quod ⁊ nos in hoc opere tētabimus imitari.

¶ Sesquitonus inter sesquiquintam atq; sesquisextam collocatus est. vnde fit vt etsi sesquitonus iocunde/ suauiterq; auditū feriat: nondū tamen consonātia ponēdus sit. I

291 3	288	283 3	256	243	48 3	40 3
d 5	A	e 6	b	c	f 5	g 6

¶ Sit ergo a ducenta octuagintaocto: b vero ducenta quinquagintasex: et c ducenta quadragintatria. per decimāoctauam secūdi huius manifestū est a ad b esse tonū/ ⁊ b ad c esse semitoniū minus. quare a ad c per diffinitionē erit sesquitonus. quē dico in ꝓportione minore consistere q̄ sit sesquiquinta/ et maiore sesquisexta. Nam capio per decimam secundi huius quintā partem c et veniet numerus 48 et tres quinte qui sit f. addo igitur f ad c et aggregatus fiat d: qui maior inuenitur q̄ a. igitur per vndecimam secūdi huius d ad c ꝓportio maior est q̄ a ad c. At vero d ad c sesquiquinta est. est itaq; sesquitonus in ꝓportione minore cōstitutus q̄ sit sesquiquīta proportio. Capio deniq; per eandē decimam secundi sextā partem c et veniet michi numerus 40 et semis qui sit g. aggregatus igitur g ad numerū c restituat numerū e. certum est numerū e minorē esse q̄ a. quare vt prius a ad c sesquitonus maior est q̄ e ad c: qui in sexquisexta ꝓportione cōstituitur. quod est propositū. Correlariū enim cognoscitur. ⁊ primū q̄ sesquitonus suauiter feriat auditum: cuiuslibet musicis modulationibus intēti fidem facit sensus. q̄ vero nōdum cōsonantia sit: iccirco euenit q̄ sesquitonus in superparticulari ratione nō consistit: quādoquidem inter sesquiquintā ⁊ sesquisextā proximas supparticulares nulla cadit interstes/ mediaq; superparticularis habitudo. neq; quidē est in multiplici genere: quoniā per vndecimā primi huius dupla ꝓportio que multipliciū minima est: ex sesqualtera/ et sesquitertia ꝓportione maximis quidē superparticularibus: exurgit atq; nascitur. cōsonantia autem omnis per diffinitionē in superparticulari aut multiplici ratione consistit. est ergo totum propositum notum.

2 ¶ Itidem ditonus inter sesquitertiam atq; sesquiquartam medius: minime musicam complet atq; perficit harmoniam.

85 1	81	80	72	64	21 1	16	
D 3	A	E	B	C	F 3	G	

¶ Harmoniã et consonãtiam idem dicimus et huius vt precedẽtis procedit demonstratio. Sint ergo a b c duo toni in minimis constituti. vt 81|72|64. dico ditonum a ad c consistere in proportione minore sesquitertia: et maiore sesquiquarta ⁊ musicam cõsonantiam haud quaq; perficere. Capio enĩ tertiam partem c per decimã secundi huius vt sepe factum est. et venit vnum ⁊ viginti cum triente vnius: qui numerus sit f. addo itaq; f 21 et trientẽ ad numerũ c 64. et aggregatus est 85 cum tertia parte vnius: qui idem sit d. manifestũ est d ad c esse sesquitertiũ. at d maior est a: continet enĩ a dumtaxat vnum et octuaginta: d vero octuaginta quinq; ⁊ amplius. est ergo sesquitertia proportio ditono maior. Et rursum capio quartam partem c que sit g: quam addo ad c et surgat e: qui erit ad c sesquiquartus. at a maior est e. igitur per vndecimã secundi huius: ditonus sesquiquartũ transcendit. et cum inter sesquitertium ⁊ sesquiquartũ nullus cadat superparticularis medius neq; multiplex: erit ergo ditonus in proportione superpartiẽti collocatus. quare musicam consonãtiam (etsi in musicis modulationibus sit euphonus suauiterq; auditum feriens) nõdum tamen perficit.

3 ¶ Ditoni interuallum: sola sesquitonum superat apotome.

¶ Nam sesquitonus vnum tonum cõtinet integrum et secundi toni cõtinet semitoniũ minus. sed cũ tonus ex semitonio minore ⁊ apotome constet euadatq; coalitus. ergo sesquitono ad secũdi toni completionẽ sola deest apotome. at ditonus solos duos incolumes integrosq; possidet tonos. ergo ditoni interuallum sola apotome/ solo q; semitonio maiore: sesquitoni superat interuallũ. qõ est propositũ.

4 ¶ Diatessaron consonantiam in data chorda collocare.

4	3			
A	c	d	e	b

¶ Cum enim epitrita/ sesquitertiaq; proportio: cõsonantiam diatessaron creet: iccirco data quacũq; chorda vt a b eam in quattuor equas portiones diuido. vt a c: c d: d e: ⁊ e b. et dico a b ad c b consonare diatessaron. Nam a b continet c b et insuper a c que tertie parti c b equatur. est ergo interuallum a b sesquitertiũ ad c b. ergo a b ad c b per diffinitionẽ consonat diatessaron: et cõsonantia diatessaron in chorda a b data: collocata. quod est propositum.

5 ¶ Tritonus: consonantiam diatessaron transcendit.

¶ Nam per decimãoctauam primi tres sesquioctaue proportiones amplius sunt sesquitertio interuallo. atqui in tribus sesquioctauis: per diffinitionẽ tres consistunt toni. igitur in tribus sesqoctauis consistit tritonus. ⁊ in epitrito/ sesquitertioq; interuallo consistit cõsonantia diatessaron. igitur cõsonantiam diatessaron transcendit vt proponebatur: tritonus.

6 ¶ Consonantiã diatessaron: duobus tonis atq; semitonio minore constare necesse est Vnde facile comparatum est sesquitonum tono/ et ditonum semitonio minore citra diatessaron concẽtum deficere. Compertum item est consonãtiam diatessaron quinq; dieses et duo commata continere.

Diatessarum consonantia

A	c			b

¶ Sit a b et c b consonantia diatessaron. dico eam duobus tonis ⁊ semitonio minore constare. Nam cum a b ⁊ c b sit diatessaron: erit a b et c b per cõuersionem diffinitionis sesquitertius. at cum semitonium minus per diffinitionẽ sit id quo sesquitertia duobus tonis maior est. continet ergo a b ⁊ c b semitonium minus et duos tonos. igitur consonantia diatessaron duobus tonis/ semitonioq; minore constat. Et primũ correlariũ hinc facile cognoscitur. Cum enim sesquitonus solũ tonum ⁊ semitoniũ minus contineat: deest igitur ipsi ad cõsonantiam diatessaron complẽdam per presentẽ vnus tonus. et cum ditonus solum duos cõplectatur tonos: deerit ipsi ad eandem complẽdam semitoniũ minus. Secũdum vero hinc haud difficile perspicitur cognitũ. Nam cum tonus per tricesimãtertiam secũdi duas dieses ⁊ vnum comma cõtineat: duo toni quattuor dieses ⁊ duo cõtinebunt cõmata. at per presentem diatessaron consonantia duobus tonis vnam diesim superaddit. continet igitur consonantia diatessaron quinq; dieses atq; duo commata. quod est totum propositum.

¶ Quinq; toni: duas diatessaron consonantias vno commate vincunt/ euadunt q; maiores. 7

¶ Putauit Aristoxenus musicus diatessaron cõsonantiam duobus tonis et integro semitonio constare. ⁊ proinde duas diatessaron cõsonantias: quinq; tonos ĩplere. cuius error ex tertio musices diui Seuerini boecij/ et ex hac ⁊ precedẽte facile cõuincitur. Nam per precedẽtem cõsonantia diatessaron nõ ex duobus tonis et semitonio integro constat: verũ ex duobus tonis ⁊ semitonio minore. quod ex vicesimaprima secũdi inter sesquioctauã decimam et sesquinonã decimã proportionẽ collocatur. integrũ autẽ semitoniũ per decimãquartam eiusdem: inter sesquisextã decimã ⁊ sesquiseptimã decimã collocaretur. diminutius est ergo semitoniũ minus integro semitonio. Quia ergo vt per precedẽtem dictũ est: cõsonantia diatessaron duos tonos et semitoniũ minus cõtinet: due igitur diatessaron cõsonantie cõtinebunt tonos quattuor/ et duo semitonia minora. et q; per tricesimãtertiam secũdi tonus cõtinet duo semitonia minora et vnum cõma. ergo due diatessaron cõsonantie quinq; tonos vno commate minus: cõtinent. quinq; igitur toni: duas diatessaron cõsonantias vno cõmate vincũt atq; euadunt maiores. quod intẽdebatur.

¶ Consonantiã diapente: in assignato neruo constituere. 8

3	2	1	Consonãtia diapẽte.
A	c	d	b

¶ Sit assignatus numerus a b supra quẽ iussum sit cõsonantiã diapente collocari: diuido a b in tres adinuicẽ equas partes per notas a c d b: ita vt a b tres cõtineat et c b earum contineat duas. erit per diffinitionẽ a b ad c b hemiliũ/ sesqualterũq; interuallũ. sed cum cõsonãtia diapẽte: per diffinitionẽ ex ea interualli ratione nascat. ergo a b ad c b cõsonabit diapẽte. eritq; a b ad c b in data chorda assignatoue neruo cõsonantia diapẽte collocata.

¶ Tres toni: consonantia diapente minus sunt. ⁊ quattuor eandem consonantiam transcendunt. 9

¶ Etsi ex quinta huius satis cognoscat tritonũ nõ posse efficere diapẽte cõsonantiã: hec etiã ostẽdit tritonum diapẽte consonãtia esse minorem. Nam per decimãoctauam primi huius tres sesquioctaui minus sunt sesqualtero interuallo. et per decimãnonam eiusdẽ quattuor sesquioctaui sesqualterum superãt interuallũ. consonãtia aũt diapẽte in sesqualtero sita est. ergo tres toni in tribus sesq; octauis constituti: minus sunt cõsonantia diapente. ⁊ quattuor toni in quattuor ꝯsistentes sesquioctauis eãdem consonãtiam magnitudine transcẽdunt: quod est totum propositum.

¶ Consonantia diapente: tribus tonis/ semitonioq; minore constat. Quo fit vt a diapente subducto tono: diatessaron consonantia relinquatur. subducta autẽ diatessaron consonantia: relinquatur et tonus. 10

¶ Nam per decimãquintam primi si a sesqualtero interuallo sesquitertiũ demptũ fuerit: relinquet sesquioctauum. sed vt in demõstratione sexte huius visum est: sesquitertiũ continet duos tonos cum semitonio minore. ergo cõsonantia diapente sesquioctauũ hoc est tonum vltra duos tonos cum semitonio minore continens: tribus tonis et semitonio minore constabit quemadmodum propositum est. Correlariũ cognoscitur. Nam diapente per presentem continet tres tonos cum semitonio minore. at substracto tono residui sunt duo toni: atq; semitoniũ minus. et per sextam huius duo toni cũ semitonio minore constituunt cõsonantiam diatessaron. substracto igitur tono a cõsonantia diapente: relinquitur diatessaron. sed et cum diapẽte constet ex tribus tonis cum semitonio minore: substracta ergo diatessaron cõsonantia que duobus tonis et semitonio minore completur: relinquet quẽadmodum secunda pars correlariũ proponit: tonus. quod est totum correlarium.

¶ Diapente consonantia: minus octo semitoniis minoribus continet. 11

¶ Nam cum tonus vnus duo semitonia minora et vnum cõma cõtineat: tres toni ⁊ vnum semitoniũ minus septem semitonia minora ⁊ tria commata cõtinebunt. ac tria commata per tricesimãquintam secundi huius semitonio minore sunt contractiora. ergo diapente que per precedẽtem tribus tonis et semitonio minore constat: minus octo semitoniis minoribus cõtinebit. sed quẽadmodum facile monstratum est diapente cõsonantiam nõdum octauum attingere semitoniũ minus/ octauãq; diesim: ita quoq; facile monstratu esset: eandem consonãtiam nõdum septimam attingere apotomẽ.

¶ Diapente consonantia: ditono/ sesquitonoq; coniungitur. 12

¶ Nam diapente per penultimã tribus tonis et semitonio minore constat. et ditonus ⁊ sesquitonus simul tres tonos et semitoniũ minus efficiunt. igitur ditonus atq; sesquitonus pariter copulati cõsonantiam diapente iungunt: quod intenditur.

¶ Consonantiarũ diapente ⁊ diatessaron: tonus differentia est. quo fit vt diatessaron consonantia adiuncto tono: consonantiam diapente restituat. 13

¶ Differētia hic vocat ea ꝓportio qua maior superat minorē. Nam p correlariū decime huius subducto tono a cōsonantia diapente relinquit consonātia diatessaron. solo igitur tono consonantia diapente cōsonantia diatessaron est maior. est igitur per diffinitionē: harum cōsonantiarū tonus dria. ⁊ correlariū statim ex propositione notum est.

¶ Bis diatessaron: sesquitono consonantiam diapente transcendit.

14 ¶ Diatessaron enī p sextā huius duos tonos atq; semitoniū minus cōtinet. ergo bis diatessarō quattuor tonos et duo semitonia minora ꝓtinebit. atqui a quattuor tonis ⁊ duobus semitoniis minoribꝰ dempto sesquitono: relinquūtur tres toni et semitoniū minus. Atuero per decimā huius cōsonantia diapente totidē tonos cū semitonio minore cōplectitur. ergo bis diatessaron: sesquitono consonantiā diapente transgreditur transcēditq; quēadmodum proponitur.

15 ¶ Cōsonantie diatessaron/ac diapente: in maximis supparticularibus sunt collocate

¶ Nam ex diffinitione cōsonantia diatessaron in epitrita sesquitertiaq; ꝓportione collocatur. et diapente in hemiolia atq; sesquitertia. at nulle supparticulares sesqualtera ⁊ sesquitertia sunt maiores nam a secūda ⁊ tertia parte q̄ maxime sunt sese cōsequētes partes: denominātur. igitur he cōsonantie ex maximarum superparticulariū oziginibus ducte: in maximis superparticularibus sunt collocat quod est propositum.

16 ¶ Bis diatessaron/aut bis diapente: nullam consonantiam cōponere potest.

¶ Hec proponit duas diatessaron cōsonantias aut duas diapente consonantias: nullā conflare posse cōsonantiā. Nam et diatessaron ⁊ diapēte nō in multiplicibus sed supparticularibus sunt constitute et per primā petitionē que ĩterualli ad interuallū proportio est: ea quoq; est et soni ad sonū. at p sextā primi duo similia interualla nō multiplicia: neq; multiplex neq; supparticulare creant interuallum. quare neq; illorū soni in multiplici: neq; in supparticulari gñe existunt. omnis aūt consonātia aut in supparticulari aut in multiplici rōne collocāda est. sic enī consonantie noīe hoc in loco Pythagoricā sequētes autoritatē: suscepimus vtēdum. ergo due cōsonantie diatessaron aut due diapente: nullam efficiēt cōsonantiā. et nō modo idverū sit: sed ⁊ quotquot ꝓsonantie diatessarō in īmensum copulētur et quotquot diapēte: nullā vnq̄ consonātiam ex quinta primi huius efficere valebūt.

17 ¶ Adiuncto ad cōsonantiam diapente tono: nulla parabitur consonantia. item neq; ad diatessaron trisemitonio.

B	11			Numeroꝝ dria		T	3384					Numerorū R S dria
E	27	F	16	Sexta maior		R	9216	S	5832			Sexta minor
C	9	D	8	Tonus		P	2304	Q	1944			Sesquitonus
A	3	B	2	Diapente		M	4	O	3			Diatessaron
						L	256	N	243			Semitoniū minus
						H	9	K	8			Tonus

Poslamba.	A	pma	scda	tertia	pma	scda	tertia	qrta	pma	scda	tertia	qrta	quita	sexta	septia
Hypate hyp.	b	To.	o	o	To.	o	o	o	To.	o	o	o	o	o	o
Parhyp. hyp.	c	Se.	Se.	o	Se.	o	o	o	Se.	Se.	o	o	o	o	o
Licha. hyp.	d	To.	ton9	ton9	To.	ton9	o	o	To.	ton9	tonus	o	o	o	o
Hypate me.	e		ton9	tonus	To.	ton9	o	o	To.	ton9	ton9	ton9	o	o	o
Parhyp. me.	f			Semi		Se.	Se.	o	Se.	Se.	Se.	Se.	Se.	o	o
Licha. me.	g					ton9	tonus	ton9	To.	ton9	ton9	ton9	ton9	ton9	o
Mese	h						tonus	ton9	To.	ton9	tonus	ton9	tonus	ton9	tonus
Para. die.	k						tonus	ton9		ton9	tonus	ton9	ton9	ton9	tonus
Trite die.	l							Se.			Se.	Se.	Se.	Se.	Se.
Para. die.	m											ton9	ton9	ton9	tonus
Nete die.	n												ton9	ton9	tonus
Trite hyper.	o													Se.	Se.
Para. hyp.	p														tonus
Nete hyp.	q														

¶ Prima species diatessaron tono / semitonio minore atq; tono constat. Secũda semitonio et duob9 tonis. Tertia duobus tonis et sequẽte semitonio. ¶ Prima species diapẽte est que constat ex tono / semitonio minore ⁊ duobus tonis. Secũda duobus tonis / semitonio / atq; tono. Tertia semitonio et tribus tonis. Quarta tribus tonis et semitonio. ¶ Prima species diapason est que constat ex tono / semitonio minore / duobus tonis / semitonio minore / atq; duobus tonis. Secunda semitonio / duobus tonis. semitonio et tribus tonis. Tertia duob9 tonis / semitonio / trib9 tonis / atq; semitonio. Quarta tono / semitonio / tribus tonis / semitonio / atq; tono. Quinta semitonio / tribus tonis / semitonio / duobus tonis. Sexta tribus tonis / semitonio / duobus tonis / semitonio. Septima duobus tonis / semitonio / duobus tonis / semitonio / atq; tono. ¶ Erit itaq; p diffinitionẽ prima diatessarõ spẽs a proslãbanomeno in lichanõ hypaton. Nã proslãbanomenos ad hypaten hypatõ tonus est: et hypate hypaton ad parhypatẽ hypaton semitoniũ minus ẽ: parhypate vero hypatõ ad lichanõ hypaton tonus. ⁊ itidẽ per diffinitionẽ secũda diatessaron species ab hypate hypaton in hypaten meson reperiet. ⁊ tertia a parhypate hypaton in parhypaten meson. ¶ Species vero diapente hoc pacto per diffinitiones sumentur. Prima a proslãbanomeno in hypaten meson. Secunda a parhypate hypaten in lichanon meson. Tertia ab hypate meson in paramesen diezeugmenon. Et quarta a parhypate meson in triten diezeugmenon. ¶ Et septẽ species diapason cõsimiliter per diffinitiones querentur. Prima a proslãbanomeno in mesen. Secũda a parhypate hypaton in paramesen diezeugmenõ. Tertia a parhypate hypaton in triten diezeugmenon. Quarta a lichano hypaton in paranetẽ diezeugmenõ. Quinta ab hypate meson in neten diezeugmenõ. Sexta a parhypate meson in triten hyperboleõ. Septima vero a lichano meson in paranetẽ hyperboleõ. ſz hec cognitu facilia sunt: ĩspecta diligẽter suptoze figura.

¶ Chromaticum principalium tetrachordum: constituere.

10

Proslambanomenos	A		A	
Hypate hypaton	b	Tonus	b	
Parhypate hypaton	c	Semi.minus	c	
Lichanos hypaton	d	Apotome		d
Hypate meson	e	Trisemitonium		e

¶ Chromata apud Lachedemonios induxit olim Timotheus milesius moliorē cātum superiore diatonico: in quo canendi modo hic tetrachordū hypaton querimus. Sit ergo b c d e tetrachordū ad hypatas in chromatico melo ꝓstituendas assignatū. prepono chordam a: que sit proslābanomenos: quā facio sesquioctauam ad b hypaten hypaton primam tetrachordi cōstituendi chordam: deinde facio a sesqualterā ad e hypaten meson: eritq; vt in omnibus a ad b tonus/ et a ad e diapente. deinde facio b ad c semitoniū minus et b ad d tonum. erit ergo c ad d apotome. ⁊ qz per decimā tertij dēpto a b tono ab a e cōsonantia diapente: relinquitur diatessaron. ergo b e modulabitur diatessaron. Sed cum per sextā tertij diatessaron ex duobus tonis et semitonio minore constet ⁊ b c et c d simul sint tonus: ergo d e continet tonum et semitoniū minus. est igitur d e trisemitoniū. Cum ergo b c hypate hypaton et parhypate hypaton sit semitoniū minus. ⁊ c d parhypate hypaton ⁊ lichanos hyparon sit semitoniū maius et d e lichanos hypaton ⁊ hypate meson trisemitoniū vt mōstratum est. constat ergo p diffinitionē tetrachordū b c d e in gne chromatico eē ꝓstitutū. idē enī trisemitoniū et trihemitoniū dicim⁹.

¶ Chromaticum tetrachordum meson: subiungere.

11

Proslambanomenos	A		A	
Hypate hypaton	b	Tonus	b	
Parhypate hypaton	c	Semi.minus	c	
Lichanos hypaton	d	Apotome	d	
Hypate meson	e	Trisemitoniū	e	
Parhypate meson	f	Semi.minus	f	
Lichanos meson	g	Apotome	g	
Mese	h	Trisemitoniū	h	

¶ Sint pro tetrachordo meson in gne chromatico ꝓstituēdo e f g h: facio a ad h duplā et concinētem diapason. ⁊ e ad f semitoniū minus ⁊ idē e ad g facio tonū. erit g f ad g apotome. sed cū a ad e mōstrata sit ꝓsonātia diapēte. ea igitur substracta ab a h cōsonātia diapason: per vicesimā secundā tertij relinquitur diatessarō. Est ergo e ad h hypate meson ad mesen diatessaron. ⁊ cum diatessaron duos tonos et semitoniū minus ipleat: ⁊ e g sit tonus ergo g h cōtinet tonum et semitoniū minus. erit ergo g h trisemitoniū. erit igitur e f g h ex duobus semitoniis e f ⁊ f g: et trisemitonio g h constitutum in genere chromatico tetrachordum. quod erat monstrādum.

¶ Reliqua duo tetrachorda: in eodem genere predictis adiicere. et in pētadecachordo consonantiam bis diapason collocare.

12

Proslambanomenos	A		A		
Hypate hypaton	b	Tonus	b		
Parhypate hypaton	c	Semi.min⁹	c		
Lichanos hypaton	d	Apotome		d	
Hypate meson	e	Trisemitoniū		e	
Parhypate meson	f	Semi.minus		f	
Lichanos meson	g	Apotome			g
Mese	h	Trisemitoniū			h
Paramese diezeugmenon	k	Tonus	Trite syn. Semi.minus		k
Trite diezeugmenon	l	Semi.mi.	Paranete syn. Apotome		l
Paranete diezeugmenon	m	Apotome	Nete syn. Trisemitoniū		m
Nete diezeugmenon	n	Trisemitoniū			n
Trite hyperboleon	o	Semi.minus			o
Paranete hyperboleon	p	Apotome			p
Nete hyperboleon	q	Trisemitoniū			q

¶ Sint pro reliquis tetrachordis complendis k l m n o p q: qz tetrachordum meson disiunctum est a tetrachordo netarum diezeugmenon: iccirco facio meses ad paramesen diezeugmenon distantiã esse tonum. et mesen ad neten diezeugmenon facio consonare diapente. ⁊ ad netẽ hyperboleon diapason et tetrachordũ k l m n partior vt tetrachordũ hypaton. tetrachordũm vero n o p q partior vt in precedenti tetrachordũ meson eritq; vtrũq; in genere chromatico diuisum. et qz a ad h cognita est esse diapason: et h ad q itidem diapason. ergo a ad q consonat bis diapason. Q; cum quindecim vocibus atq; chordis contẽtum sit: constat effectũ esse id quod erat propositũ. Sed si k l m facis tetrachordũ synezeugmenon ipsum partiaris vt tetrachordũ chromaticum meson. et facile factũ intuebere ꝓpositũ.

13 ¶ Chromatici pentadecachordi numeros assignare.

Proslambanomenos	A		2592	5971968	
Hypate hypaton	b	256	2304	5308416	Tonus
Parhypate hypaton	c	243	2187	5038848	Semi. minus
Lichanos hypaton	d		2048	4718592	Semi. maius
Hypate meson	e		1728	3981312	Trisemitoniũ
Parhypate meson	f			3779136	Semi. minus
Lichanos meson	g			3538944	Semi. maius
Mese	h		1296	2985984	Trisemitoniũ
Paramese diezeugmenõ	k		1152	2654208	Tonus
Trite diezeugmenon	l			2519424	Semi. minus
Paranete diezeugmenõ	m			2359296	Semi. maius
Nete diezeugmenon	n		964	2221056	Trisemitoniũ
Trite hyperboleon	o			2108268	Semi. minus
Paranete hyperboleon	p			1974272	Semi. maius
Nete hyperboleon	q		648	1492992	Trisemitoniũ

¶ Sint b et c minimi numeri semitonij minoris per decimãoctauam secũdi huius reperti. qz b nona parte caret: augeo b et c per nouem et veniãt b et c in secundo loco. quoniã igitur in secundo loco b nonam partẽ habet: eam augeo per octo et fiat d. tunc b ad d per septimã secundi arithmetices erit sesq; octauus. quare b d cõtinentia tonum. et b ⁊ c per eãdem est semitonium minus. ergo c d est apotome. Rursum qz b habet octauã adiicio eidem suam octauã ⁊ fiat a: eritq; a ad b sesquioctauus atq; tonus et quoniã a habet tertiam facio a ad e sesqualterũ. ⁊ qz habet secũdam facio itidem a duplum ad h. Reperio item h habere nonam tertiã et secũdam. facio igitur h sesquioctauũ ad k: sesqualterũ ad n ⁊ duplũ ad q. quo facto duco b secundi loci in a b c d e h k n q et veniant in tertio loco a b c d e h k n q. Deinde duco c d secundi loci in e secundi et veniant f g ⁊ in k et veniant l m et in n ⁊ veniant o p in tertio loco. eruntq; per septimã et octauam secundi arithmetices numeri pẽtadecachordi chromatici in tertio loco assignati. Nam a b erit tonus et b c semitoniũ minus ⁊ c d apotome. et qz a ad e est sesqualter: a et e sunt numeri diapente. ⁊ a b numeri toni. dempto igitur a b tono relinquitur b e diatessaron et b c ⁊ c d simul sunt tonus. igitur per sextam tertij d e sunt trisemitoniũ. Et a h est diapason ⁊ a e diapente. igitur e h est diatessaron. et per octauam secundi arithmetices e f ⁊ f g sunt semitoniũ minus ⁊ apotome. igitur g h est trisemitonium et cõsimiliter monstrabis h k esse tonũ k l ⁊ l m duo semitonia et m n trisemitoniũ n o p duo semitonia ⁊ p q trisemitoniũ. clarum igitur euadit propositum.

14 ¶ Modorum diatonici et chromatis parhypate parhypatis: paramese paramesis/ atq; trite tritis correspondent.

¶ Nam in vtrisq; generibus hypate ad parhypatas semitonij minoris obseruãt interuallũ. et mese ad paramesas tonum. ⁊ trite ad tritas minus semitoniũ. est igitur notum illas voculas in vtroq; canendi modo sibiinuicẽ respõdere. ⁊ nõ modo id verum sit: sed et hypate hypatis ⁊ mese mesis et nete netis correspõdent. Nam vtrobiq; proslãbamenoni ad hypatas hypaton cõcinunt tonum. et ad hypatas meson diapente. ad mesas diapason. ad netas distũctarum diapason ac diapente. ⁊ ad netas hyperboleon bis diapason. est ergo quod ꝓponebatur et amplius: facile cognitũ.

¶ Pentadecachordum enarnonium constituere. 15

Proslambanomenos	A	A													
Hypate hypaton	b	Tonus	b												
Parhypate hypaton	c	diesis		c											
Lichanos hypaton	d	diesis			d										
Hypate meson	e	ditonus				e									
Parhypate meson	f	diesis					f								
Lichanos meson	g	diesis						g							
Mese	h	ditonus							h						
Paramese diezeugmenon	k	tonus	Trite syn. diesis							k					
Trite diezeugmenon	l	diesis	Paranete syn. diesis								l				
Paranete diezeugmenon	m	diesis	Mete syn. ditonus									m			
Mete diezeugmenon	n	ditonus											n		
Trite hyperboleon	o	diesis												o	
Paranete hyperboleon	p	diesis													p
Mete hyperboleon	q	ditonus													q

¶ Huius cōpositio perfacilis est. facio enī vt in ceteris precedētibus a ad b interuallū toni. et a ad e diapēte. ⁊ b ad d facio semitoniū minus. et diuido chordā c in medio differētie b ad d erit ergo b ad c diesis tetrartemeria atq; quadripartialis pariter et c ad d diesis. sed per quartam secundi huius hec latior illa vero contractior neq; per tricesimā secundam eiusdem semitoniū minus in duo equa certo/ cōstitutoq; numero diuidi potest. et a ad e diapente. substracto igitur a b tono relinquitur b ad e esse diatessaron. et cum diatessaron semitoniū minus ⁊ duos tonos cōplectatur: et b ad d sit semitonium minus: relinquit igitur d ad e esse ditonus. erit igitur b c d e hypates hypaton parhypates hypaton lichanicq; hypatō et hypates meson tetrachordū: per b c: c d: et d c diesim ⁊ diesim et ditonū procedēs p diffinitionē in enarmonico gñe diuisum. Similiter cōstituas e f g h tetrachordū meson faciēdo a ad h diapason. et e ad g semitoniū minus. ⁊ partiēdo mediā drīam per f itaut e f et f g sint due dieses Mā ab a h cōsonantia diapason subducta a e cōsonantia diapēte: relinquit e h esse diatessarō. et cū e g sit semitoniū min⁹: igit g h erit ditonus. ⁊ cū e f et f g sint due dieses ⁊ g h diton⁹. & hec tetrachordi partitio in genere enarmonico facta cōspicitur. Et facta h mese ad netē disiunctarum diapente: ⁊ ad neten hyperboleon diapason: et chorda mese a paramese tetrachordi disiunctarū tono discluia: perinde ac proslābanomeno ab hypate hypaton: partieris tetrachordum disiunctarū k l m n vt b c d e tetrachordū hypaton. et tetrachordum n o p q hyperboleon excellentiūq; vt e f g h tetrachordū meson. tetrachordū autem cōiunctarum h k l m partieris vt tetrachordū meson et id quoq; facile est.

¶ Pentadecachordi enarmonica: numeros colligere. 16

Proslambanomenos	A	13824		13824		
Hypate hypaton	b	12288	Tonus	12288	Tonus	
Parhypate hypaton	c	11664	Semi mi.	11976	diesis	
Lichanos hypaton	d	10368	Tonus	11664	diesis	
Hypate meson	e	9216	Tonus	9216	ditonus	
Parhypate meson	f	8748	Semi mi.	8982	diesis	
Lichanos meson	g	7776	Tonus	8748	diesis	
Mese	h	6912	Tonus	6912	ditonus	
Paramese diezeugmenon	k	6144	Tonus	6144	Tonus	
Trite diezeugmenon	l	5832	Semi mi.	5988	diesis	
Paranete diezeugmenon	m	5184	Tonus	5832	diesis	
Mete dizeugmenon	n	4608	Tonus	4608	ditonus	
Trite hyperboleon	o	4374	Semi mi.	4491	diesis	
Paranete hyperboleon	p	3888	Tonus	4374	diesis	
Mete hyperboleon	q	3456	Tonus	3456	ditonus	

¶ Sint numeri a b c d e f g h k l m n o p q in primo loco constituti numeri pētadecachordi diatonici per octauam huius reperti. pono iterum a b e h k n q in secūdo loco⁊ in respōdentibus locis rursum c in secundo loco transmuto ad d et f ad g ⁊ l ad m et o ad p. quibus ita in secundo loco dispositis: ex ipsis quidem in secundo loco capio differentiam b d ⁊ eius medietatem adicio ad d et fiat c. similiter differentiā e g et medietatem addo ad g ⁊ fiat f. et differētiam k m ⁊ medietate differentie adiecta ad m fiat l. et differentiam n p ⁊ medietate adiecta ad p fiat o. dico a b c d e f g h k l m n o p q numeros secundo loco positos esse numeros pentadecachordi enarmonici. Nam a b erit tonus. b c | et c d due dieses cōstituentes semitoniū minus b d. quod enī est b c in diatonico factum est b d in enarmonico et d e est ditonus. Nam quod est in diatonico c e est hic in enarmonico d e. at diatonice modulationis c e ditonus est. Nam cōtinens c d tonū et d e tonum. ⁊ hoc pacto reperiētur e f g due dieses ⁊ g h diton⁹. h k tonus: k l m due dieses: m n ditonus. n o p due dieses: p q ditonus Sunt itaq; collecti numeri pentadecachordi enarmonici quēadmodum propositum fuerat. quod est propositum.

17 ¶ Modi diatonici parhypate hypaton: in enarmonica modulatione transit in lichanon: et parhypate meson in lichanon meson atq; trite in paranetas.

¶ Id prospici statim promptū est. Nam in diatonico pētadecachordo a proslābanomeno ad hypatē hypaton incidit tonus. et ab hypate ad parhypaten hypaton semitoniū minus. in enarmonico vero a proslābanomeno ad hypaten hypaton similiter incidit tonus. et ab hypate ad lichanon hypaton semitoniū minus. diatonica igitur parhypate: in enarmonica modulatione permutatur: transitq; in lichanon. et hoc pacto de reliquis ostēdatur. quod ⁊ facile sensu deprehēdetur: si in vtroq; emodulādi genere ⁊ diatonico et enarmonico proslābanomeni ponantur equisoni. tunc enī manifestū erit huius lichanos: illius parhypatis esse equisonos: vnisonosq; : pariter et huius paranetas : illius tritis esse equisonas.

18 ¶ Consentiunt in tribus modulationū generibus: proslambanomeni/hypate principales/hypate medie/mese/paramese/nete/cum disiuncte/tum coniuncte/atq; excellē tibus netis excellentes.

¶ Nam in tribus generibus per quartā/quintam/sextam/septimā/decimam/vndecimā/duodecimā et quintādecimam huius proslābanomeni ad hypatas hypaton sonant tonum. et idem ad hypatas meson sonant diapente. ad mesas diapason. ad netas disiūctas sonant diapason ac diapēte. ad netas autem cōiunctas dempto tono sonarent diapason ac diatessaron. et ad netas excellētes: cōsonant vbi libet ꝓslambanomeni bis diapason. cōsentiunt igitur in tribus generibus que adducte sunt vocule. quod est propositum

19 ¶ Que chorde mobiles queue imobiles in pētadecachordis existant: inuestigare.

Proslambanomeni	A | Stabiles	
Hypate hypaton	b | Stabiles	
Parhypate hypaton	c | Instabiles	
Lichani hypaton	d | Instabiles	
Hypate meson	e | Stabiles	
Parhypate meson	f | Instabiles	
Lichani meson	g | Instabiles	
Mese	h | Stabiles	
Paramese diezeugmenon	k | Stabiles	Trite synezeugmenon. Instabiles
Trite diezeugmenon	l | Instabiles	Paranete synezeugmenon. Instabiles
Paranete diezeugmenon	m | Instabiles	Nete synezeugmenō. Stabiles
Nete diezeugmenon	n | Stabiles	
Trite hyperboleon	o | Instabiles	
Paranete hyperboleon	p | Instabiles	
Nete hyperboleon	q | Stabiles	

¶ Chordas stabiles īmobilesq; vocamus: que in omni pentadecachordorū diuisione: eadem seruant interualla: eandēq; ad proslābanomenon habitudinem. Instabiles vero atq; mobiles : que id nō seruant. sic ergo stabiles ac instabiles reperiemus. cum enim per precedentem in tribus generibus consentiant proslābanomeni: principales hypate: medie hypate: mese: paramese: nete tum synezeugmene tum diezeugmene ac hyperboles : et eadem vt ex demonstratis iam patet seruent interualla. erunt ergo proslambanomenos hypate hypaton : hypate meson : mese : paramese nete synezeugmenon : nete diezeugmenon : et nete hyperboleon : simpliciter immobiles atq; firme. Sed cum decima septima huius monstrauerit parhypatas diatonice modulationis : in enarmonico melo transire

permutariq; in lichanas|ꝛ tritas in paranetas:constat ergo reliquas a predictis esse mobiles:vt par hypaten hypaton|lichanon hypaton|parhypaten meson|lichanon meson| triten synezeugmenon| paranetē synezeugmenon| triten diezeugmenō|paranetē diezeugmenon|triten hyperboleon|paranetē hyperboleō. Id tamen animaduerti dignū est q̃ cum per decimāquartam huius parhypate|ꝛ trite in diatonicis et chromaticis respōdeant|similiaq; possideāt interualla: eas nō vsq; adeo(vt cetere sunt) esse instabiles. Et proinde partī mobiles|partimq; īmobiles bono iure dici posse videntur.

¶ In tetrachordis diatonicis ab hypate hypaton primo limite consonantiarum: ad quartum vsq; limitem ter diatessaron cōtinetur sed semel dumtaxat in stabilibus/immobilibusq;. Et ad quintū limitem idētidem ter diapente: semel in mobilibus/semel partim variabilis/et semel penitus inuariabilis atq; firma. ad octauum vero septies consonabit diapason: ter in īmobilibus/et quater in mobilibus. 20

Hypate hyp|et consequentes suis locis.

	Semi	Ton⁹	Ton⁹	Semi	Ton⁹	Ton⁹	Ton⁹	Semi	Ton⁹	Ton⁹	Semi	Ton⁹	Ton⁹
Stabiles b			e			h	i			m			p
Instabiles	c	d		f	g			k	l		n	o	

¶ Cum dicitur a primo limite ad quartū vsq; limitē quintū|ac octauum: primus limes nō excludit sed quartū quintū/ac octauū excludi ītelligimus. Sint ergo b c d e f vsq; ad p quattuor tetrachorda et b hypate hypaton/ceterevero cōsequētes. Dico primo ab b vsq; e ter cōtineri diatessaron:sed semel solū in īmobilibus. Nam per quartā huius b ad c continet semitoniū minus et c ad d tonum et d ad e tonū. ergo b ad e cōsonat diatessaron:eritq; b ad e prima diatessaron cōsonantia reperta. Et cum ostē sum sit c ad d et d ad e esse duos tonos et per quintā huius e ad f sit semitoniū minus: ergo c ad f consonat diatessaron. eritq; c ad f secūda diatessaron. Item mōstratus est d ad e esse tonus et e ad f semitoniū minus: et per quintā huius f ad g est tonus. ergo d ad g est diatessaron/eritq; d ad g tertia diatessaron. Sed cū prima harū trium que est b ad e sit ab hypate hypaton ad hypaten meson: quas mōstrauit precedēs stabiles īmobilesq;:et secunda ab c in f prahypate hypaton in parhypaten meson:et tertia ab d in g lichano hypaton in lichanon meson. et parhipate ꝛ lichane monstrate sunt mobiles. constat ergo ab b ad e ter diatessaron sed semel dūtaxat in stabilibus/īmobilibusq; cōtineri. ¶ Secō dico ab b hypate hypaton ad f vsq; parhypaten meson:solū ter contineri diapente. Nam per decimā tertij diapente tribus tonis semitonioq; minore constat. sed per quartā ꝛ quintā huius b ad f solum duos tonos ꝛ duo semitonia minora ꝓtinet:q̃ duo semitonia minora p 34. secī minus vno tono:cōmate restituūt. q̃ vt b ad f diapente cōsonantiā ꝓpleat:plena deest apotome. nō ꝓstituit ergo b ad f diapēte. Itē c ad g per quartā et quintā huius cōtinet tres tonos qui sunt c ad d:d ad e:ꝛ f ad g:et vnum semitoniū minus quod est e ad f. igitur per decimā tertij e ad f ꝓsonat diapēte. eritq; c ad g prima diapēte et per easdem d ad h continet tres tonos:qui sunt d ad e:f ad g:et g ad h:ꝛ semitonium minus e ad f. ergo d ad h cōsonat diapente:eritq; d ad h secūda diapente. ꝛ ab e ad i per quartā et sextā cōsimiliter continētur tres toni et semitoniū minus. erit ergo e ad i tertia diapēte. ter igitur ab b vsq; ad f continetur diapēte. sed cū prima sit ab c parhypate hypatō in g lichanō meson. et parhypatas ꝛ lichanas mōstrauerit decimanona huius esse mobiles. erit ergo c ad g prima diapēte in mobilibus constituta. ꝛ cum secunda sit ab d lichano principaliū in h mesen:lichanos autē mobilis sit/et mese īmobilis: secunda igitur diapēte partim variabilis existit. Et cū tertia sit ab e hypate meson ad i paramesen que per eandē decimānonam stabiles mōstrate sunt. erit igitur tertia diapēte omnino stabilis atq; firma ¶ Tertio dico ab b hypate hypatonvsq; ad i paramesen septies cōtineri diapason:sed solū ter in īmobilibus|quater autē in mobilibus. Nam b ad i per quatrā/quintā et sextam huius cōtinet quinq; tonos et duo semitonia minora. ergo per vicesimāprimā tertij b ad i cōsonat diapason|eritq; b ad i ꝑma diapason. Et per idē c ad k:d ad l ꝛ e ad m:singule intercipiūt quinq; tonos et duo semitonia minora erit ergo c ad k secūda diapason. et d ad l tertia. ꝛ e ad m quarta. sed per quartam|quintā|sextam atq; septimā simul f ad n similiter continebit quinq; tonos ꝛ duo semitonia minora. similiter et g ad o ꝛ h ad p. erit ergo quīta diapason f ad n. sexta g ad o. et septima h ad p. igitur ab b ad i vsq;:cōtinetur septies diapason. atqui primam prebent hypate hypaton ꝛ paramese diezeugmenō. et quartam hypate meson ꝛ nete diezeugmenō. et septimā mese ꝛ nete hyperboleō. hypatas autem mesas paramesas et netas mōstrauit decimaoctaua īmobiles atq; stabiles. igitur inter illas septē diapason cōsonantias: diapason ter in īmobilibus reperit. Sed secūdam prebent parhypate hypaton et trite diezeugmenō Tertiā lichanos hypaton et paranete diezeugmenō. Quintam parhypate meson ꝛ trite hyperboleō Sextā licanos meson et paranete hyperboleon sed decimanona parhypatas|tritas| lichanas ꝛ paranetas:mōstrauit esse mobiles. igitur inter illas septem cōsonantie diapasonvices:quater in mobilib⁹ mutabilibūsq; facta reperitur:quod est totum propositum. ¶ Q/ autem diuus Seuerinus sapientū latinorū disciplinas sectantiū primus :quē ꝛ in hoc opere quātum valem⁹ imitamur suis disciplinis nō parum adiuti decimotertio capite quarti sue musices species diapēte numerādo eas quattuor faciat:id introductorie factum putetur:vbi precisam nō curauit veritatē. sed cōmunem secutus illic est extimationē. quod facile ex eius superiori determinatione cognoscitur. hic autem nō introductionis sed exacte determinationis locus est.

21 ¶ Tessaradecachordi chromatici inter assignatos limites ter itidē diatessaron: solū semel immobiliter. bis diapēte: semel immobiliter/ semelq; partim mobiliter. septies aūt diapason: ter vt in diatonico gñe immobiliter/ quaterq; mobiliter cōtinet.

Semi.	Apo.	Trise.	Semi.	Apo.	Trise	Tonus	Semi.	Apo.	Trisc.	Semi.	Apo.	Trise.
b		e			h	i			m			p
	c	d	f	g			k	l		n	o	

¶ Tessaradecachordum ex quattuor tetrachordis cōstituit: iccirco sic nūcupatum: q; quattuordecim chordis/ neruis/ voculisue cōtineatur. dico enī primo quattuordecim chordarū in genere chromatico cōtinue per litteras b|c|d|e|f|g|h|i|k|l|m|n|o|p| ab hypate hypaton dispositarū a primo ad quartum vsq; limitem: ter cōtineri diatessaron solū semel immobiliter. Nā per decimam b ad e cōcinit diatessaron. eritq; b ad e pma diatessaron. sed ⁊ quia per decimam c ad d est apotome et d ad e trisemitonū: ergo c ad e cōtinet duos tonos. et per vndecimā e ad f est semitoniū. ergo per sextam tertij c ad f duos tonos et semitoniū cōtinens: erit diatessaron. erit igitur c ad f secūda diatessaron. et quia rursus per vndecimam e ad f est semitonium minus et f ad g apotome: ergo e ad g tonus. sed d ad e monstratum est trisemitoniū. ergo d ad g ꝓtinet duos tonos ⁊ semitoniū: estq; d ad g tertia diatessaron. Et cū pma b ad e sit ab hypate hypaton in hypaten meson per decimāoctauā fit īmobilis. secūda ꝛo c f/ et tertia d g: sunt a parhypate ⁊ lichano principalium: q̄ decimanona patefecit esse mobiles. cōstat ergo pmū. ¶ Scdo dico solū bis intra quintū limitem cōtineri diapente. quia enī b ad e per īmediate mōstratū est diatessaron. et e ad f/ et f ad g simul tonus. ergo p decimātertiā tertij b ad g cōcinit diapente. eritq; b ad g prima diapente. ea tñ sex vocibus ⁊ non quinq; explebit: proprietatem diapente nō seruans. at c ad g non explebit diapente. Nā per modo mōstratū ad diapēte cōplementū deerit b ad c semitoniū minus. neq; c ad h. Nā per vndecimam huius g ad h cōtinet trisemitoniū. at c g ad diapente cōplemētum solū deerat semitonium minus: superat igitur c h consonātiaz diapente completo tono. neq; d h cōtinet diapente. Nam cū c h superet consonātiam diapente integro/ cōpletoq; tono: dempta ergo c d apotome relinquet d h superās diapente cōsonātiam semitonio minore. sed e ad i cōsonat diapēte: est enī h ad i per duodecimam tonus. sed d ad h per īmediate mōstratum superat consonātiam diapente semitonio minore. dēpto ergo d e trisemitonio minore: relinqtur e h deficiens tono a diapēte: addito igitur h i tono fiet diapente. est itaq; e ad i secūda diapēte. Ab b igitur ad f quintū limitem solum bis sumitur diapēte. Et cū prima diapente b g sit ab hypate hypaton īmobili ad lichanon meson partim mobilem: fit ergo primo partim mobiliter. At ꝛo cū secūda e i sit ab hypate meson ad paramesen que mōstrate sunt immobiles: fit ergo secūdo modo immobiliter seruatq; secūdo modo diapēte proꝓetas vt de quinto loco in quintum fiat locum. ¶ Tertio dico septies fieri diapason ter īmobiliter/ quater ꝛo mobiliter. Nam cū b ad e per primam partem huius monstrata sit diatessaron: et per scdam e ad i diapente. ergo per vicesimā tertij b ad i cōsonat diapason. erit itaq; b ad i prima diapason. Preterea quia c ad f fuit inuēta secunda diatessaron: et f g est apotome g h trisemitoniū: ergo f h duo sunt toni et h i tonus et i k semitoniū. ergo f k diapēte: et c f vt iā dictū est diatessaron. cōcinit igitur c ad l: diapason: eritq; c l: secunda diapason. et eodē iure d l tertia diapason adiuuāte duodecima huius. et e m quarta. f n quinta. g o sexta. et h p septima. Sed ter fieri immobiliter et quater mobiliter eodē modo vt in vicesima monstratur.

22 ¶ In tetradecachordo enarmonico: inter assignatos limites ter diatessaron ⁊ septies diapason vt in precedētibus continetur. at semel dūtaxat diapente atq; immobiliter.

Die.	Die.	Dito.	Die.	Die.	Dito.	Tonus	Die.	Die.	Dito.	Die.	Die.	Dito.
b		e			h	i			m			p
	c	d	f	g			k	l		n	o	

¶ Tetradecachordum ⁊ tessaradecachordum idē dicimus. sit igit b|c|d|e|f|g|h|i|k|l|m|n|o|p| tessaradecachordū enarmonicū. dico pmo inter b e ter cōtineri diatessaron. Nā quia per decimāquītam huius b c d sūt due dieses tetrartemerie: erit b d semitoniū minus. et d e est ditonus. erit igit b e pma diatessaron. et eodem iure c f secūda. et d g tertia. et quia b e sunt hypate hypaton ⁊ hypate meson: fit igitur prima immobiliter. et c d sunt parhypate hypaton ⁊ lichanos hypaton mobiles: fit igit et duobus modis mobiliter. ¶ Scdo dico solū semel a primo ad quintum limitem fieri diapente: et id quidē immobiliter. nam non fiet diapente b f quia solā supaddit consonātie diatessaron b e diesim tetrartemeriam. neq; b g quia solū supaddit consonantie diatessaron duas dieses que sunt semitoniū minus. neq; fiet b h quia cōsonātie diatessaron supaddit semitonium minus ⁊ duos tonos. neq; per idem fiet diapente c g aut c h. nam hic abundabit tonus ⁊ diesis: illic aūt deerit tonus min⁹ vna diesi. neq; d g. nam deerit tonus. neq; d h. nam tonus abundabit. at ꝛo cū e h sit diatessaron: nā e f g due dieses/ ⁊ g h ditonus/ et cū h i sit tonus: erit igitur e i diapēte. et cū e sit hypate meson et i paramese q̄ monstrate sunt immobiles. fit igitur inter assignatos limites solū semel diapēte atq; immobilis. Tertio septies fieri diapason vt in diatonicis ex decima quinta declarat quēadmodum vicesima huius mōstrata est.

23 ¶ Diatonice modulationis: septem modos ordine collocare.



Sit a b c d vſqꝫ ad p pentadecachordum diatonicum. ſit r ꝓ hypodorio pentadecachordum diatonicum a b c d e f g h i k l m n o p grauiſſimũ: qđ vt alioꝝ baſis atqꝫ fundamẽtum ſtatuaꝛ: extendo vno tono in acumen proſlambanomenon pentadecachordi s ampliusꝙ ſit proſlambanomenos r ad quem ceteras voces ſuo ordine per quartã/ quintã ⁊ ſextam huius in diatonico modulãdi genere ſubiũgo. eritqꝫ pentadecachordum s per diffinitionem hypophrygij modi. ſimiliꝛ extẽdo proſlambanomenon pentadecachordi t ſemitonio ãplius ꝙ tenſus ſit proſlãbanomenos pẽtadecachordi s cui tetrachorda per quartã/ quintã/ ⁊ ſextam huius vt prius coapto. eritqꝫ per diffinitiõem t pentadecachordũ hypolydij modi. et proſlãbanomenon v vno tono extẽdo amplius ꝙ hypolydij: cui ceteras voces ſuo ordine ſequẽtes in diatonico genere coapto. eritqꝫ cõcentus pẽtadecachordi v per diffinitionem dorius. et ſi amplius extẽdo x vno tono: erit pentadecachordi x cantus phrygius. et ſi y ſemitonio mĩore: erit eius concẽtus lydius. At z amplius extenſo vno tono: fiet concentus myxolydius. ſicqꝫ factũ ꝑ diffinitiões patebit propoſitum.

Que diuerſorũ modorum in aliquo genere fuerit p̄me vocis ad primã habitudo: ea erit ſecunde ad ſecundam et tertie ad tertiam et cuiuſlibet totius ad totam ſimilis/ eademqꝫ habitudo. 24



Sit a/ b/ c/ d ad p vſqꝫ pentadecachordum hypodoriũ in aliquo gñe vt diatonico: et q/ r/ s ⁊ ſequẽtes pentadecachordũ hypophrygiũ. diſtabitqꝫ iccirco q proſlambanomenos hypophrygij ab a proſlãbanomeno hypodorij modi acutior vno tono. dico ergo ſingulas hypophrygij: ſingulis hypodorij vt hypatas hypatis/ parhypatas parhypatis/ lichanas lichanis et ita conſequẽtes: ſil̄iter tono/ toniqꝫ proportione diſtare. Nam cũ pentadecachordum a p et pentadecachordum q g ſint vtraqꝫ a proſlãbanomeno in neten hyperboleon diatonice extẽſa: ergo que ꝓportio a ad b ea eſt per quartã huius q ad r: ergo per tertiam ſecundi Arithmetices permutatim vt a ad q ita b ad r. at a ad q mõſtratus eſt eſſe tonus: igitur et b ad r tonus. et cõſimiliter de ſequentibus oſtendatur.

Totus ordo diatonicus pẽtadecachordi hypophrygij modi: totum hypodorium vnius acumine toni ſuperat: et totus hypolydius eũdem triſemitonio. ſingule quoqꝫ dorij ſingulas hypodorij diateſſaron conſonantia. totus vero phrygius conſonantia diapente. lydius aũt diapẽte atqꝫ ſemitonio. et myxolydius diapẽte atqꝫ ſeſquitono. 25



Nã proſlambanomenos hypophrygij tono ſuperat acumine proſlambanomenon hypodorij. ergo per precedẽtem totus hypophrygius ordo totũ hypodorium ordinem: toni ſuperat acumine. et quia proſlambanomenos hypolydij ſuperat acumine ſemitonij minoris hypophrygiũ: ergo idem ſuperat acumine proſlambanomenon hypodoriũ triſemitonio. igitur per precedẽtem totus hypolydius ordo totũ hypodoriũ ordinẽ triſemitonio ſuꝑeuadit acutior. ſed ⁊ qꝛ dorius toni acutie vincit hypolydiũ: ergo dorius duobus tonis ⁊ ſemitonio acutior eſt hypodorio. ergo per ſextã tertij eo acutior eſt cõſe-

nantia diatessaron. quare per precedentem singule dorij singulis hypodorij diatessaron consonantia sonant acutiores. et phrygius addit tonum in acumine dorio: igitur totus phrygius toto hypodorio diapente cõsonãtia modulatur acutior. et lydius phrygio addit semitoniũ min⁹ et myxolydius lydio tonum. igitur lydius hypodorio diapente ⁊ semitonio ⁊ myxolydius diapente et sesquitono sonabit acutior. quod totum est propositum.

26 ¶ Hypolydius diatonicus hypophrygium diatonicum semitonio/ ⁊ dorius trisemitonio/ phrygius diatessaron/ lydius diatessaron ⁊ semitonio/ myxolydius diatessaron consonãtia/ atq; sesquitono supercuadit acutior: ⁊ dorius hypolydio tono/ phrygius ditono/ lydius diatessaron ⁊ myxolydius diapente: phrygius autez ad dorium sonat tonum lydius trisemitonium ⁊ myxolydius diatessaron/ lydius phrygio semitonium et myxolydius sesquitonum: myxolydius autem lydio tonum.

¶ Hec vt precedens vel q̃ facillime monstrabitur.

27 ¶ Septem modos chromatice modulationis constituere.

			A b c d e f g h i k l m n o p
R	Hypodorius		p 7
S	Hypophrygi⁹	Tonus	p Chro
T	Hypolydius	Semito. A	p ma
U	Dorius	Apotome A	p tici
X	Phrygius	Trisemitoniũ A	p mo
Y	Lydius	Semitonium A	di
Z	Myxolydius	Apotome A	
			A b c d e f g h i k l m n o p

¶ Facio r pentadecachordum chromaticũ per decimam/ vndecimam/ ⁊ duodecimam huius ⁊ similiter sex alia sez s/ t/ v/ x/ y/ z: faciocq; pentadecachordum s tono acutius r. ⁊ t pẽtadecachordum semitonio sex alia sez s/ t/ v/ x/ y/ z: faciocq; pentadecachordum s tono acutius r. ⁊ t pẽtadecachordum semitonio acutius s. v vero apotomes interuallo acutius t. et x trisemitonio amplius q̃ v. y semitonio amplius q̃ x. et z apotome trãscẽdere y: dico ergo septem modos chromatice modulatiõis esse ordinatos. nam r erit hypodorius s p diffinitiõem hypophrygius chromaticus. t hypolydius. v dorius. x phrygius. y lydius. z myxolydius.

28 ¶ Quo pacto singuli cuilibet inter se chromatici modi respõdeant: ostendere.

¶ Distat p precedẽtẽ hypophrygius ab hypodorio chromatico tono. et hypolydius ab hypophrygio semitonio. distat igiẽ hypolydius ab hypodorio acutior trisemitonio. et dorius ab hypolydio distat apotome. igitur dorius ab hypodorio remotus est ditono. phrygius aũt ab dorio trisemitonio. igitur phrygius ab hypodorio remouet tribus tonis ⁊ semitonio: hoc est totius consonãtie diapente inẽual lo. et lydius a phrygio semitonio. igitur lydius ab hypodorio diapẽte atq; semitonio. myxolydius ab lydio distat apotome. igitur myxolydius ab hypodorio diapente consonãtia distat acutior/ atq; tono. Et hoc pacto de reliq̃s ex precedẽte pfacilis ẽ ostẽsio. vt hypolydi⁹ ab hypophrygio distat semitonio. dorius tono. phrygius diatessaron. lydius diatessaron et semitonio myxolydi⁹ diapẽte. dorius a phrygio distat apotome. phrygius ditono. lydius diatessaron. myxolydius tritono. Phrygius a dorio tri semitonio. lydius tono et duobus semitonijs minoribus. myxolydius xo diatessaron. Lydius a phrygio semitonio et myxolydius tono. distat autẽ myxolydius vt iã quoq; dictũ est a lydio maiore semitonio. sicq; constructum est propositum.

29 ¶ Septem itidem enarmonicos modos ordinare.

			A b c d e f g h i k l m n o p
R	Hypodorius		p 7
S	Hypophrygi⁹	Tonus	p Enar
T	Hypolydius	Diesis A	p mo
U	Dorius	Diesis A	p ni
X	Phrygius	Ditonus A	p ci
Y	Lydius	Diesis A	mo
Z	Myxolydius	Diesis A	di.
			A b c d e f g h i k l m n o p

¶ Sint r/ s/ t/ v/ x/ y/ z septem pẽtadecachorda: et sit per decimãquintam huius r pentadecachordum enarmonicum: intendo proslambanomenon pentadecachordi s vno tono amplius pẽtadecachordo r. et t diesi amplius q̃ s. et v diesi amplius q̃ t. et x ditono amplius q̃ v. ⁊ y amplius diesi x. et z amplius et t diesi amplius q̃ s. et v diesi amplius q̃ t. et x ditono amplius q̃ v. ⁊ y amplius diesi x. et z amplius itidem diesi q̃ y. erũt ergo fm acumen intensa sex post primum pentadecachorda: primo tono. deinde duabus diesibus et ditono. demum duabus diesibus: qui quidẽ intendẽdi modus enarmonice modu

lationi peculiaris ꝓpriusq; habetur. sunt igitur septem pēdecachorda r/s/t/v/x/y/z: septem enarmonice modulationis modos continētia. quod demonstrari propositum erat.

¶ Singulorum enarmonicorum modorum: ad quēlibet habitudines demonstrare. 30

¶ Huius ex precedēti demōstratio clara esse potest Primo hypophrygij ab hypodorio distantiā esse tonum. hypolydij tonum ⁊ diesim. dorij sesquitonum. phrygij diapente. lydij diapente ac diesi. myxolydij diapente ⁊ semitonio. Secūdo hypolydiū distare ab hypophrygio diesi. doriū semitonio. phrygium diatessaron. lydium diatessaron et diesi. myxolydium diatessaron ⁊ semitonio. Tertio doriū ab hypolydio diesi. phrygium ditono ⁊ diesi. lydiū diatessaron. myxolydium diatessaron ⁊ diesi. Quarto phrygyum a dorio ditono. lydiū ditono et diesi. myxolydium diatessaron. Quinto lydium a phrygio diesi. et myxolydium semitonio. Sexto myxolydium distare diesi a lydio. ¶ Septem enī modos ⁊ nō plures adiecit priscorum autoritas pythagoricorū. vt enī numerus a monade ad denariū vsq; varius crescens ꝓgredīt: mox xo sequens denarius vnitatis vicem obtinet primāq; explicat vnitatem eiusdē indiuidue monadis consors/ et emulus: q̄ ad centenariū vsq; rursus nouenaria ꝓgressiōe se extendit: relapsus tādem in tertiam vnitatem. Ita quoq; vocū dissimilitudo ac varietas ex quibus instar celestis harmonie concentus humani/ modiq; formātur ad octonariū vsq; surgit. suntq; septem cōtinue voces inter se varie quibus succedens octonaria vocis plenitudo (Primus enīz numeralis cubus primaq; tessera octonarius) ad primā rursus sonat vt eadē: et ad eam sese habens perinde ac denarius ad vnitatem. Et hec octonaria series in omni modulationis genere sic rata procedit: vt cōtinue octauo quoq; loco octauū per similem sibi ⁊ pene eundem sonus offendat sonum. itavt ex duobus natiua quadam/ concordiq; affinitate iam vnū sonum ⁊ non multos parere videātur: vsq; adeo enī se miscēt/ et mutua se iungūt/ copulātq; amicitia. Et hax septem vocum q̄ grauissima tardissimaq; est: Saturno debetur. prima Jouī: tertia Martī. quarta Phebo. quinta Veneri. sexta Mercurio. septima xo eax acutissima/ cōcitatissimaq; Lūe octaua aūt rursum reuoluīt ad Saturnū/ nona ad Jouem/ decima ad Martem. et hoc pacto ꝓsequētes: vt sapiens voluit antiquitas. Et revera totius vniuersi harmonia septenario cōpleta est. et hec septem in celo celestem: in his aūt inferioribus corpoream/ sensibilēq; tēperāt harmoniam. sed hec magi plenius discutiāt. hinc licet cognoscere cur hypermyxolydius: septem pythagoricis modis haud multū veniat accōmodādus. Nā si in diatonico genere myxolydium pēdecachordū ꝓ hypermyxolydio vno tono amplius acuat: totus is vbiq; modus ad hypodoriū ꝓsonaret diapason/ octauusq; natus esset sonus: qui ad primū idem/ congeneusq; naturali affinitate redditur. quare non ab hypodorio primo modo omnifariam varius putandus est. et eque si myxolydius intenderetur trisemitonio in chromate et ditono in enarmonio: sed de his forte āplius q̄ presenti negocio par sit dictum est. Et modi quos adiecere recentiores vt diuus Gregorius ab hac modorū antiquitate recedūt. et pleraq; alia q̄ posteriores musici inculcauerunt ⁊ que ab illis facile requiras. et nra quoq; tempestate musicum modulamen/ atq; oēm concinētiam ad celeritatem quādā precipitēq; leuitatem reducere conātur: modestam grauem seriāq; ac decorem cōcentuū moderatiōem perparū attēdētes. a moderatiōe enī dicti sunt modi. parū item attēdentes priscū musices honestatis/ grauitatisq; decus: qua amentes arreptitioq; soluebāt. sanitates inducebant feros hominum mores vt olim Thracius Orpheus/ ad māsuetos ⁊ virtutis callem reuocabant. et ex sensibiliū harmonia ad celestis harmonie desiderium captiuas aīas tanq̄ sui iam memores exilij vbertim fluentibus oculis euocabant. hoc enī modox accōmoda mediocritate Pythagore discipuli faciebāt. non enī is inter hoīes modestior: cuiq; oīs incessus cursus videt. neq; is cuius preceps nimium loquela presentium ludit intelligentiam. Ita quoq; neq; ij modestiores modi: qui nimia sui festinantia q̄si in venerea chorea lasciuiētes prekfugiūt auditum. Hac enim de causa Pythagorea schola molles chromatis modos repudiauit et Spartiate solēni decreto Thimotheum Millesiū increpuerūt vehemēter diatonicos concētus potius approbātes. qui si apte moderētur virtutis pre se ferunt modestiam. vt enī nimia tarditate ceu torpore quodā fastidimur inani. ita nimia celeritas molliciem quādaz pre se fert inhonestam. medium enī neq; celeritate preceps nec ignaua tarditate pigrum: laudabile virtutisq; emulū. quā oīs etas ꝓbauit ꝓbaturaq; est: et ad quā musici modi tanq̄ moderationis animi quedā certe regule nos perducere debent: ⁊ ad diuina mentes nostras iugiter rapere. et felices ij erunt qui hoc fine et musicen et oēm mundanam philosophiam quesierint. neq; talib⁹ deesse solet celestis fauor atq; presidium. qui autez secus faciunt miseri: quales nullos ad quos nostra hec modulationū elementa peruenerint futuros desideramus: quin eis oīs harmonie vite decus: feliciter optamus/ nostriq; victuros memores.

¶ Quarti elementorum Musices Jacobi Stapulensis finis.

¶ Jacobus Faber Stapulēsis Magnifico dño: Joanni Stephano Ferrerio designato Episcopo Versellensi studiorum amantissimo.

Is diebus metallicis formulis Arithmetices pariter atq; Musices cōmissis elemētis: cogitanti michi dignissime presul quid illoꝝ facilem
h prepararet intelligētiam: occurrit si introductio quedā ex diuina illa et Pythagorica diui Seuerini Boetij nūerorū institutione in medīū afferretur: que ⁊ vt domestica/familiarisq; ante aliorū lectiōem ⁊ tāta demonstrationū pōdera directrix haberet. Ita enī ferme compatum est vt nisi mens rite preparata fuerit: nullum in disciplinis capiat emolumentum. Vt enī periti medici potiones/digerentiaq; fortibus p̄mittunt pharmacijs quo firmiorē inducant valitudinem: ita quoq; in omni disciplinarū genere operepretium est introductiones p̄mittere vt faciliorem assequamur disciplinę intelligētiam velut quādam perfectam nr̄e mētis sanitatem. Quapropter ilico ex libris diui Seuerini Epitomen sum aggressus: cuius multiplex cōmoditas futura est. Ea enim assecuta: ad numeroꝝ demonstratiōes vt quibusdam Pythagore ritibus iniciati preparatiq; accedent atq; illorum librorum prisca sapientia refertorum institutionis Arithmetices: perfacilem capessent intelligentiam. imo ex vltima comparationis diui Seuerini ⁊ Jordani formula vniuersam elegātissime ⁊ nunq; satis laudate numerorum institutionis cōmentationem consequētur facillime et ad quecunq; quę numerorum desiderant operam: viam perfacilem atq; aditum. Hanc ergo introductiunculam dignissime Presul non dubitaui nomini tuo designare: tametsi tue dignitatis habita ratione res sit exigua. Vt qui norim q̄z feruidus oia studia complecteris/q̄z in illis versaris assiduus schole ꝓpe Socratice assertor: nullum preter sapientiam bonum esse/ nullum preter studia litterarum. Non potest ergo obseruantia in te mea in re litteraria grata non fore: qui facis litteras/litteratosq; omnes obseruando: vt te debeant omnes obseruare littere. quod vtinam aliquādo pro dignitate facere possim tue virtutis iam satis longa consuetudine probate: iugis/assiduusq; cultor. Vale.

¶ Jacobi Fabri Stapulensis Epitome in duos libros Arithmeticos diui Seuerini Boecij ad Magnificum dñm: Joannem Stephanum Ferrerium Episcopum Uersellensem.

Inter disciplinas mathematicas quibus neglectis omnis obscuratur disciplina: tanq̃ ceterarũ parens/dux atq̃ domina: primum sibi vendicat rithmetice locum que vt rite cognoscat̃ quẽadmodũ et cetere certis eget adminiculis. inter que primo menti figenda est vniuersorũ circa que versatur subiecta formula/mox singulorũ diffinitiones/post quas numerorum affectiones/proprietatesq̃/post proprietates: quo et loco vniuerse sunt monstrande.

¶ Formula vniuersorum circa que negociat̃ Arithmetica.

Numerus
- Secundum se 2.
- Adaliquid 4.2.
- Scõm figurã 3.

Numerus scõm se
- Par 2.
- Impar 3.

Par
- Pariter par 4.
- Pariter impar 6.
- Impariter par 12.
- Perfectus 6.
- Diminutus 4.
- Abundans 12.

Impar
- Primus 3.
- Compositus 9.
- Ad alt̃ũ p̃ 9.25.

Numerus adaliq̃d
- Eq̃litas 10.10.
- Ineq̃litas 10.5.

Inequalitas
- maior ineq̃. 10.5.
- minor ineq̃l. 5.10.

Maior inequalitas
- Multiplex 2.1.
- Supptic'ar' 3.2.
- Supparties 5.3.

Multiplex
- Duplus 2.1.
- Triplus 3.1.
- Quadrupl' 4.1.
- Quincuplus 5.1.

Superparticularis
- Sesqualter 3.2.
- Sesquiterti' 4.3.
- Sesq̃quart' 5.4.
- Sesquiquintus 6.5.

Superpartiens
- Superbipartiens 5.3.
- Supertripartiens 7.4.
- Superquadripartiens 9.5.
- Superquintupartiens 11.6.
- Supersextupartiens 13.7

Multiplex superparticularis
- Duplus sesqualter 5.2.
- Duplus sesquitertius 7.3.
- Duplus sesquiquartus 9.4.
- Triplus sesqualter 7.2.
- Triplus sesquitertius 10.3.
- Triplus sesquiquartus 13.4.

Multiplex superpartiens
- Duplus supbipartiens 8.3.
- Duplus suptripartiens 11.4.
- Duplus supq̃dripartiẽs 14.5.
- Triplus supbipartiens 11.3.
- Triplus suptripartiens 15.4.
- Triplus supq̃dripartiẽs 19.5.

Numerus scõm figuram
- Linearis 2.
- Planus 4.
- Solidus 8.

Planus
- Trigonus 3.
- Tetragonus 4.
- Pentagonus 5.
- Hexagonus 6.
- Heptagonus 7.
- Octogonus 8.
- Ennagonus 9.
- Decagonus 10.
- Endecagonus 11.
- Dodecagonus 12.
- Altera parte longior 6.
- Ante longior 15.

Solidus
- Pyramis 4.
- Cubus 8. latus 2.

Pyramis
- Trigona 4.
- Tetragona 5.
- Pentagona 6.
- Hexagona 7.
- Curta pyramis 29. Sui tetragoni sũt 16.9.4.
- Biscurta 25. sui tetragoni sunt 16.9.
- Tricurta 41. Sui tetragoni sunt 25.16.
- Laterculus 18. Latera sunt 3.3.2.
- Asser 12. Latera sunt 2.2.3.
- Cuneus 24. Latera sunt 2.3.4.
- Mũcrus circularis 25.
- Sphericus 125.
- Parallelepipedus 12. Latera sunt 2.3.2.

Medietas 6.4.2.
- Arithmetica 6.4.2.
- Geometrica 9.6.4.
- Musica 6.4.3.

Arithmetica
- Continua 6.4.2.
- Disiuncta 7.5.6.4.

Geometrica
- Continua 9.6.4.
- Disiuncta 9.6.3.2.
- Quarta medie. 6.5.3.
- Quita medietas 5.4.2.
- Sexta 6.4.1.
- Septima 9.8.6.
- Octaua 9.7.6.
- Nona 7.6.4.
- Decima 8.5.3.

Umerus est multitudo ex vnitatibus aggregata.

n Numerus scōm se sumptus est numerus qui in comparatione ad alterum minime considerat/neq; vt ad figuras geometricas applicatur.

Numerus ad aliquid: est qui in comparatione ad alterum sumptus: consideratur.

Numerus scōm figuram dicitur: prout ad figuras geometricas applicatur.

Numerus par: est qui in duo equa diuidi potest.

Numerus impar: est qui in duo equa minime diuidi potest.

Numerus pariter par: est numerus par cuius partes in duo equa ad vnitatem vsq; sectionem recipiunt.

Numerus pariter impar est numerus par cuius media: equalium partitionem non admittunt.

Numerus impariter par: est numerus par cuius media equaliū partiōem admittūt sed partium in duo equa partitio citra vnitatem deficit.

Numerus perfectus est numerus par: cuius omnes cōposite simulq; accepte partes: sui totius summam implent. Pars est que aliquoties sumpta neq; excrescēdo neq; deficiendo suum totum metitur.

Numerus diminutus est cuius collecte partes: minus ipso toto reddunt. qui ⁊ imperfectus dicitur.

Numerus abundans: est cuius in vnum adiecte partes totius summam excedunt: qui et idem superfluus nuncupatur.

Numerus primus est numerus impar: qui sola vnitate metitur. et idem quoq; incōpositus nominatur.

Numerus compositus est numerus: quem nō sola vnitas sed ⁊ alter numerus ipsum mensurat: qui ⁊ idem secundus appellatur.

Numerus solum ad alterū primus est numerus: qui fm se compositus est: ad alterū vero comparatus sola cū illo cōmuni metitur vnitate. Par. impar.

Equalitas: est cum equalis numerus ad equalem comparatur.

Inequalitas vero est cum inequalis ad inequalem comparatur.

Maior inequalitas: est cum numerum maiorem ad minorem comparamus.

Minor vero inequalitas contra: quoties minorem maiori comparamus.

Numerus multiplex est cum maior nūerus minori comparatus: eūdem plusq; semel continet vt bis/ter/quater: et ita deinceps.

Unitatem numerorum fontem/principiūq; etiam numeri appellatiōe censemus.

Duplus est cum maior numerus minori comparatus: minorem bis continet.

Triplus cum ter continet.

Quadruplus cum quater.

Quincuplus cū quinquies: et hoc pacto deinceps fm naturalē nūerorꝝ ꝓgressiōem.

Numerus superparticularis est cum maior numerus minori comparatus totum in se numerum minorem continet: et eius partem aliquam.

Sesqualter est numerus supparticularis cum maior totum cōtinet minorem: et eius medietatem. et idem dicitur hemiolius.

